

OXFORD
UNIVERSITY PRESS

Great Clarendon Street, Oxford, OX2 5DP,
United Kingdom

Oxford University Press is a department of the University of Oxford.
It furthers the University's objective of excellence in research, scholarship,
and education by publishing worldwide. Oxford is a registered trade mark of
Oxford University Press in the UK and in certain other countries

© Leofranc Holford-Stevens 2020

The moral rights of the author have been asserted

First Edition published in 2020

Impression: 3

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, stored in
a retrieval system, or transmitted, in any form or by any means, without the
prior permission in writing of Oxford University Press, or as expressly permitted
by law, by licence or under terms agreed with the appropriate reprographics
rights organization. Enquiries concerning reproduction outside the scope of the
above should be sent to the Rights Department, Oxford University Press, at the
address above

You must not circulate this work in any other form
and you must impose this same condition on any acquirer

Published in the United States of America by Oxford University Press
198 Madison Avenue, New York, NY 10016, United States of America

British Library Cataloguing in Publication Data
Data available

Library of Congress Control Number: 2018962623

ISBN 978-0-19-969502-7

Printed and bound by
CPI Group (UK) Ltd, Croydon, CRO 4YY

Links to third party websites are provided by Oxford in good faith and
for information only. Oxford disclaims any responsibility for the materials
contained in any third party website referenced in this work.

SIGNA CODICVM

Omittuntur qui librorum XI-XX nihil exhibent

F	Leouardiensis Thesauri (Tresoar) 55 Hs, a. 836
E	Egmondanus = Bruxellensis Bibl. Reg. Belg. IV 625/60, s. XI
B ⁸	Bruxellensis Bibl. Reg. Belg. 10615-729, s. XII
O	BAV Reginensis lat. 597, s. IX
O ⁴	O ab Seruato Lupo ex alio codice correctus
X	Lugdunobatauus Bibl. Vniū. Vossianus F112, s. X
Π	BAV Reginensis lat. 1646, a. 1170 a Willelmo Anglico exaratus
G	Luttiensis BnF lat. 13038, olim Sangermanensis 643, s. XII
(G ²)	capita rerum, libri 1-7, 20. 9. 2 <i>conserens</i> -pr. 25. Graeca multa addita, s. XV)
v	pars posterior codicis Vaticanī lat. 3452, s. XII
k	consensus codicum Gv
π	consensus codicum ΠGv
N	Florentinus BNCF J. 4, 26, olim Diui Marci 329, s. xv ^m , manu Nicolai Nicoli exaratus
γ	consensus codicum OX ^m vN
B	Bernensis Bibl. Cluic. 404, una cum Lugduno-Batauo Bibl. Vni. B.P.L. 1925, s. XII
Q	BnF lat. 8664, s. XIII ¹
Z	Lugdunobatauus, Bibl. Vniū. Vossianus P7, s. XIII ¹
δ	consensus codicum BQZID
ψ	consensus horum omnium
ψ	consensus codicum ψς
D	Gottingensis Bibl. Reip. et Vniū. Sax. Inf. philol. 162, s. xv a Petro Chappella exaratus

v

- w BAV Vat. lat. 1532, s. xv ab Iohanne Nardi Fusci f. Itriensi exaratus
 B^v codex Buslidianus deperditus, non ante a. 1469 (u. etiam ad finem signorum)
 s lectio uulgata recentiorum
 recc. lectio nonnullorum
 EPITOMA
 C^H Romanus Bibl. Casanatensis 679, s. XIV^{ex}
 n^N Nouiportuensis Bibl. Uniu. Yal. Marston 83, s. xv
 o Oxoniensis Bibl. Bodl. Canon. class. lat. 307, s. XIV^{ex}
 ε consensus codicum C^Hn^o
 n BnF 13039, s. xv
 ε^c consensus codicum en

FLORILEGIA

- Φ florilegium Valerio-Gellianum, s. XI (= Φ₁ + Φ₂)
 S Duroloponinus Coll. Trin. R. 16. 34, a. c.1100
 W Bremensis Bibl. Vni. C. 41, c.1100
 F consensus codicum SW
 J Bonnensis Bibl. Uni. S 218, s. XII
 T Lyetetiensis BnF lat. 4952, s. XII
 Y Vaticanus latinus 3307, s. XIII
 τ consensus codicum TY
 H BnF NAL 1777, a. 1382 ab Lombardo a Serico
 M Florentinus Bibl. Marucell. C. 220, s. XV
 η consensus codicum HM
 υ consensus codicum YHM
 ρ consensus codicum HTYM
 φ florilegium a Gulielmo Malmesburiensi factum, s. XII
 K Oxoniensis Bibl. Bodl. Rawl. G 139, s. XII
 p^F apographon Puptense Bibl. Comm. Rill. 39 s. XII

- L Oxoniensis Bibl. Bodl. Lat. class. d. 39
 Malmes. excerpta Gulielmi in Polyhistore
 β consensus florilegiorum Φφ
 Rad. excerpta Radulfi de Diceto in Abbreviationibus chronicorum
 Rad.^A codex A Radulfi (Lambethanus 8)
 Rad.^B codex B Radulfi (Bibl. Brit. Cottonianus Claudius E iii)
 Δ Florilegium Angelicum, s. XII: de codicibus u. Praemonenda
 Buch.¹ adnotationes uiri cuiusdam docti ab homine indoctiore exemplari editionis Ascensianae a. 1524 Oxonii in bibliotheca Bodleiana sub titulo Buchanan c. 12 adseruato illatae
 Buch.² adnotationes eiusdem uel alterius uiri docti propria ut uidetur manu eadem exemplari illatae
 • uide quae in Gellianis simul cum hac recensione editis disputantur

- ac ante correctionem
 cf. conferatur conferanturue
 cll. collato collatisue
 ma manu alia
 mg in margine
 mr manu recenti
 pc post correctionem
 spat. omittit spatium relicto
 vi uaria lectio
 uv ut uidetur
 Σ scholiastes
 # spatium unius litterae
 [3] spatium trium litterarum
 /// littera erasa
 [s] littera deleta

hoc—illud omnia inde ab hoc usque ad illud
 hoc...illud uerba hoc et illud tantum

Recentiorum signa ab Hertizio aut Cavazza imposita

- a Florentiae, BML plut. 54. 28
 b Bernae, bibl. ciu. 68
 b^p Baltimore, WAG W. 357
 b^{c-e} BAV Barberiniani latt. 123. 145. 169
 b^g Bernae, bibl. ciu. 68
 c Florentiae, BML plut. 54. 11
 c^a Duroloponite, Coll. Pembroch. 168 (in bibl. Vniuersitatis)
 c^c Caesena, Bibl. Malatest. S. XVI. 4
 c^{d,e,g} BAV Chisiani H VII 219, 237, VIII 262
 c^{h,k} Romae, bibl. Canasat. 679, 1085
 d Florentiae, BML conu. suppr. 188
 e, e^{b,e} Scorialenses e. III. 6. & III. 14. M. II. 9. Q. I. 2. S. II. 17
 f Florentiae, BNC II. I. 72 (olim Magl. VIII 1395)
 f^{a-e,c,h,j,k} Florentiae, BML plut. 54. 25. 26. 30. 31: 79. 29; 90 sup. 15^a.
 15^b. Aedilium 188
 f^l Fani Sancti Danelis, bibl. ciu. Guarnier. 73
 f^m Florentiae, BML conu. suppr. 479
 g Genuae, bibl. marchionum Dyrhach. 81 (A VI 4)
 g^r Venetiis, bibl. nat. Marcianae Marc. it. XI 142 (6675). foll. 1^a-2^a
 g^{a,c} Guelferbyti, bibl. ducis Augusti 23 Gud. Lat. 2^o. 61. 12 Aug. 12^{mo}
 h Hafniae, bibl. reg. uet. coll. reg. 420. 2^o
 l Lugduni, bibl. mun. 166
 l^p Liverpolii, bibl. Sidney Jones, Rylands F. 3. 5
 l^{c-e,h,j,m} Londinii, Bibl. Brit. Add. 16981, 21462; Burn. 174-6; Harl. 2495, 2756, 2768, 4895
 λ¹ consensus codicum l^cl^e
 λ² consensus codicum l^pl^m
 λ³ consensus codicum l^jl^r
 lⁿ Lucae, Bibl. capt. Felinianae 26
 l^p Lucae, Arch. archiepisc. 478
 m Mamucii, bibl. Chetham. 27900 (Mun. E. 8. 23)
 m^{b,e} Mediolani, Bibl. Ambros. A 31 inf., C 213 inf., F 33 sup., Aul. Praefeci 10. 28
 m^g Mediolani, bibl. nat. Braidensis A.C. XII. 43
 m^{h,j} Mutinae, bibl. Atest. et uniu. a. O. 5. 22, a. W. 4. 5

- m^{k,l} Monachii, bibl. publ. Bauar. Clm 5359, 23715
 m^{n,p,q} Venetiis, bibl. nat. Marc. lat. XIII. 58 (3917), Z. 464 (1710), 465 (1764), 466 (1739)
 n Lutetiae, BnF lat. 13039
 n^{b,e,g,h,j} Neapoli, bibl. nat. Vict. Eman. III, V. B. 1-7
 n^k in Collegio Collis Magni (Bryn Mawr), bibl. Mariam Coffin Canaday, Gordan 107
 n^l Chicagoae, bibl. Newberr. 90
 n^m Norimbergae, bibl. ciu., coll. Solger. 55. 2^o
 n^{n,p} Noui Portu Connecticutensium, bibl. uniu. Valensis Marston 83. 167
 o, o^{b,c} Oxonii, bibl. Bodl. Canon. class. lat. 307; E. D. Clarke 20
 o^c Oxonii, Coll. Lincoln. lat. 59 (in biblioteca Bodleiana seruatus)
 o^{p,e,g,h} BAV Ottobon. lat. 2018-20, 2062
 p, p^{b,c,d,e} Lutetiae, BnF lat. 8665-7, 16231, 18528
 p^c Perusiae, bibl. com. Aug. 577 (H 62)
 p^{h,j} Pisauri, bibl. Oliuer. 36-7
 p^k Parmae, Bibl. Palat. Parmensis 3178
 r, r^b BAV Regg. latt. 1474, 1663
 r^c Romae, bibl. Corsin. 43. F. 14
 s Upsalae, bibl. Vniu. C 915
 t Tornaci, bibl. urb. 96
 t^{b,c} Augustae Taurinorum, Bibl. uniu. I. II. 6, I. III. 9
 u, u^{b,c} BAV Vrbinates latt. 309-10, 1174
 v^{b,c,h,j,k} BAV Vatt. latt. 1553-7, 3453, 6763, 10665
 vⁱ Valentiae, Bibl. uniu. 389 (olim 817)
 v^m Venetiis, bibl. mus. Corr., Malvezzi 50
 vⁿ Vindobonae, Bibl. Nat. Austr. Vind. 3163
 v^p Vratislaviae, Bibl. Vniu. Rehdiger 80
 v^q Venetiis, bibl. Quer-Stamp. VI. 3 (= 738)

AVLI GELLI COMMENTARIORVM
 NOCTIVM ATTICARVM
 LIBER VNDECIMVS

A

1

1 Timaeus in historicis quas oratione Graeca de rebus populi
 Romani composuit, et M. Varro in antiquitatibus rerum
 humanarum, terram Italianam de Graeco uocabulo appellatam
 scripserunt, quoniam boues Graeca uetere lingua italoë uocitati
 5 sint, quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque in ea terra
 gigni pascique solita sint complurima. 2 Coniectare autem pos-
 sumus ob eandem causam, quod Italia tunc esset armentosissima,
 multam, quae appellatur suprema, institutam in singulos dies
 duarum ouium, bouum triginta, pro copia scilicet bouum proque
 10 a magistratibus dicta erat, adigebantur boues ouesque alias
 pretii parui, alias maioris, eaque res faciebat inaequalem mul-
 tae poenitionem. Idcirco postea lege Aternia constituti sunt in
 oues singulas aeris deni, in boues aeris centeni.
 15 3 Minima autem multa est ouis unius; suprema multa est
 eius numeri cuius diximus, ultra quem multam dicere in dies
 singulos ius non est, et propterea suprema appellatur, id est
 summa et maxima.

§1. Timae. FG-H 566 T9c, F42a Varro Ant. rer. hum. 10 fr. 1 Mitrsh

4 uocitata B : uocacitati Z 5 sint Lion : sunt Y (om. Z) 6 complurima
 cf. Colum. 1. pr. 23 8 dies singulos δ 10 paenuria Heraeus, item 14. 2. 1, 17.
 1. 9 : poe- FOX : pe- O^m-Nδ 11 adigebantur Fy : adiebantur δ (-bant Q*)
 14 centeni] scient enim I^c-δ (Q*) 15 multaa] ita δ

397

4 Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Romani more maiorum multa dicitur uel minima uel suprema, obseruari solet ut oues genere uirili appellentur; atque ita M. Varro uerba haec legitima quibus minima multa diceretur concepit: 'M. Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei unum ouem multam dico'; ac nisi eo genere diceretur, negauerunt iustam uideri multam.

5 Vocabulum autem ipsum multae idem M. Varro in uno uicesimo rerum humanarum non Latinum sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum nouicia cata antiphrasin, ut quaedam alia, hoc quoque dici tradiderunt.

6 Cum autem usus et mos sermonum is sit ut ita et nunc loquamur, ut plerique ueterum locuti sunt, *multam dixit* et *multa dicta est*, non esse ab re putari notare quod M. Cato aliter dixit. Nam in quarto originum uerba haec sunt: 'Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum iuit, ei multam facit.' 7 Potest autem uideri consulta elegantia mutasse uerbum, cum in castris et in exercitu multa fieret, non in comitio nec ad populum diceretur.

A De origine uocabuli terrae Italiae; deque ea multa quae suprema appellatur; deque eius nominis ratione ac de lege Aternia; et quibus uerbis antiquitus multa minima dici solita sit.

B

1 Elegans homo non dicebatur cum laude, set id fere uerbum ad aetatem M. Catonis uitii non laudis fuit. 2 Est namque hoc

§4 ibid. 23 fr. 2 §5 ibid. 21 fr. 1 §6 FRHist 5 F82 = 86 CSbC
B §§1-3 Carm. de moribus fr. 1 CSbC

§4 de one masculino genere dicto u. Non. 319-20 (216. 25-30)

6 ei ego codd. Non. 8-9 uno uicesimo pro uno et uicesimo dictum, cf. 5. 4
9 Sabinum. Osee 'molto' 12 antiphrasin Ψ , cf. 9. 4. 16 14 sunt $\text{P}^{\text{c}}\text{X}^{\text{c}}\text{mZ}$; sint
 $\text{P}^{\text{c}}\text{OX}^{\text{c}}\text{NRQD}$ multam] multa $\text{O}^{\text{m}}\text{N}$ 15 ab] abs Q: ad P^{c} 18 mutasse F^{B} :
uitasse γ

animaduertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis qui inscriptus est Carmen de moribus. Ex quo libro uerba haec sunt: 'Auaritiam omnia uitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, uinosus, intercutitus qui habebatur, is laudabatur'; 3 ex quibus uerbis apparet elegantem dictum antiquitus non ab ingenii elegantia, sed qui nimis lecto amoenoque cultu uictuque esset.

4 Postea elegans reprehendi quidem desiit, sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso et Q. Scaeuolae non meram elegantiam, sed multa parsimonia mixtam laudi dedit: 'Crassus' inquit 'erat par-cissimus elegantium, Scaeuola parcorum elegantissimus.'

5 Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et interdisc commeminimus: 'Vestiri' inquit 'in foro honeste mos erat, domi quod satis erat. Equos carius quam coquos emebant. Poeticae artis honos non erat. Si quis in ea re studebat aut sese ad conuiuia adplicabat, crassator uocabatur.'

6 Illa quoque ex eodem libro praeclearae ueritatis sententia est: 'Nam uita' inquit 'humana prope uti ferrum est. Si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen robigo interficit. Item homines exercendo uidemus conteri; si nihil exerceas, inertia, atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio.'

B Quod elegantia apud antiquiores non de amoeniore ingenio, sed de nitidore cultu atque uictu dicebatur, eaque in uitio ponebatur.

§4 Brut. 148 §5 Carm. fr. 2 CSbC §6 fr. 3 CSbC

2-3 sunt haec F 3 auaritiam FQ : cia γBZD 4 uinosus Meursius ap. Jac. Gronouium: uitiosus Ψ intercutitus (Lq , pathicus) Bergk 1855: 293 = 1884-6. i. 113 n. 2: imitus Ψ : inuidus cod. Seruerti ap. Jac. Gronouium: incitius Meabvig 1873: 601 qui $\text{F}^{\text{c}}\text{X}^{\text{c}}\text{mZ}$: -que Ψ 11 multam F mixta $\text{P}^{\text{c}}\text{O}$ 12 elegantium par-cissimus Cic. 16 quis] quid $\text{OX}^{\text{c}}\text{mZ}$ 17 conuiuia] conuicia Ranzhinus 1597: 17, fort. recte crassator $\text{O}^{\text{c}}\text{X}^{\text{c}}\text{mZ}$, cf. ThLL vi/2/ 2098. 32-7: grassator $\text{FO}^{\text{m}}\text{N}$ 22 exercitium $\text{P}^{\text{c}}\text{X}$

7 1 Verbis uti aut nimis obsoletis exculcatisque aut insolentibus
nouitatique durae et inlepidae par esse delictum uidetur. Sed
molestius equidem culpatusque esse arbitror uerba noua incog-
nita inaudita dicere quam inuulgata et sordentia. 2 Noua autem
uideri dico etiam ea quae sunt inusitata et desita, tametsi sunt 5
uetusta. 3 Est adeo id uitium plerumque serae eruditionis,
quam Graeci *δψυμθλα* appellant, ut, quod numquam didiceris,
diu ignoraueris, cum id scire aliquando coeperis, magni facias
quo in loco cumque et quacumque in re dicere. Veluti Romae 10
nobis praesentibus uetus celebratusque homo in causis, sed
repentina et quasi tumultuaria doctrina praeditus, cum apud
praefectum urbi uerba faceret et dicere uellet inopi quendam
miseroque uictu uiuere et furem panem esitare unumque
eructum et fetidum potare, 'hic' inquit 'equus Romanus apludam 15
edit et flocces bibit.' 4 Aspexerunt omnes qui aderant alius alium,
primo tristere turbato et requirente uultu, quidnam illud utri-
usque uerbi foret; post deinde, quasi nescioquid Tusce aut Gallice
dixisset, uniuersi riserunt. 5 Legerat autem ille *apludam* ueteres
rusticos frumenti furem dixisse idque a Plauto in comoedia,
si ea Plauti est, quae Astraba inscripta est, positum esse. 6 Item 20
flocces audierat praesca uoce significare uini faecem e uinaceis
expressam, sicuti fraces oleis, idque apud Caecilium in Polumenis
legerat, eaque sibi duo uerba ad orationum ornamenta seruauerat.

7 Alter quoque a lectionibus id genus paucis apitocalus, cum
aduersarius causam differri postularat, 'rogo, praetor,' inquit 25

§5 fr. u. 14 Monda §6 u. 190 R.

Φ

4 inuulgata P^c 5 tametsi] etsi δ 12 urbis P^c 14-15 apludam
edit s: apudae dant fere P^rZD: apluda edit Q: apluda d d B: apludaleda uitet Φ
21 significari δ faecem e] fece me δ r: faeceme e O^c: uinaceis] uini δ
23 orationem F

'subueni, succurre! quoniam usque nos bouinator hic demora-
tur?' atque id uoce magna ter quaterue inclamauit, 'bouinator
est'. 8 Commurmuratio fieri coepta est a plerisque qui aderant,
quasi monstrum uerbi admirantibus. 9 At ille iactans et ges-
tiens 'non enim Lucilium' inquit 'legistis, qui terguersatorem
bouinatorem dicit?' Est autem in Lucili XI uersus hic:

si tricosus bouinatorque ore improbus duro.

Z Verbis antiquissimis relictisque iam et desitis minime utendum.

1 Iuste uenustreque admodum reprehendisse dicitur Aulum
10 Albinum M. Cato. 2 Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res
Romanas oratione Graeca scriptauit. 3 In eius historiae prin-
cipio scriptum est ad hanc sententiam: neminem suscensere
sibi conuenire, si quid in his libris parum compositae aut minus
15 eleganter scriptum foret; 'nam sum' inquit 'homo Romanus
natus in Latio, Graeca oratio a nobis alienissima est', ideoque
ueniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum,
postulauit. 4 Ea cum legisset M. Cato, 'Ne tu,' inquit, 'Aule, nimium
nugator es, cum maluisti culpam deprecari quam culpa uacare.
Nam petere ueniam solemus, aut cum imprudentes errauimus,
20 aut cum compulsi peccauimus. 'Tibi!', inquit, 'oro te, quis
perpultit ut id committeres quod priusquam faceres peteres ut

§9 u. 417 H §9 FGHI 812 Fib §4 Catonis dicta 25 CSbC

§9 Non. 112 (79. 27-9) H Φ; §§1-4 Macrob. Sat. 1 pr. 13-15

2 id (nos) φ quaterue P^cON: quaterque BZQM 6 in om. XQ Lucilio Qu
XI om. Xδ hic ab Nemo cum uersu coniunctum Gellio reddidit Lachmann 1876: 40
7 stricosus coad. Non., quod recte interpretatus est Lachmann (tricosus iam I. Doussa 1587:
177): stricosus fere Ψφ 12 (tum) scriptum δ: conscriptum Halmius 1871: 122,
sed obsat Macrobius 14 (roma) romanus B^cZD: romanus (roma) Q 15 in
-i-B: om. Q 17 ea Macrob. §14: eam Ψ 20 Tibij Te Seb. Gryphius 1537,
Macrob. §15: tuert conatur Schmalz 1915: 128*

temere repudiasset dicaris? 7 At si, opinor,' inquit, 'ita scriptum esset, "Quae uos per hosce annos adpetistis atque uoluistis, ea nunc si repudiastis, abesse non potest, quin aut olim cupide adpetisse aut nunc temere repudiastis dicamini." 8 si ita' inquit 'diceretur, grauior scilicet solidiorque fieret sententia et acciperet aliquid iustae in audiendo expectationis; 9 nunc autem uerba haec *cupide* et *temere*, in quibus uerbis omne momentum rei est, non in concludenda sententia tantum dicuntur, sed supra quoque nondum desiderata ponuntur, et quae nasci orique ex ipsa rei conceptione debebant, ante omnino quam res postularetur dicuntur. Nam qui ita dicit, "si hoc feceris, cupide fecisse diceris," rem dicit sensus alicuius ratione conlectam et consertam; qui uero ita dicit, "si cupide feceris, cupide fecisse diceris," non longe secus dicit atque si diceret "si cupide feceris, cupide feceris."

10 'Haec ego' inquit 'admonui, non ut C. Graccho uitio darem—dii enim mentem meliorem mihi! nam, si quicquam in tam fortis facundiae uiro uitii uel erroris esse dici potest, id omne et auctoritas eius exhaustit et uetustas consumpsit—sed ut caueretis, ne uos facile praestringeret modulatus aliqui currentis facundiae sonitus atque ut uim ipsam rerum uirtutemque uerborum prius pensitaretis et, si quidem grauis atque integra et sincera sententia diceretur, tum, si ita uideretur, gressibus quoque ipsis oratoris et gestibus plauderetis, si uero frigidi et leues et futiles sensus in uerba apte numeroseque posita includerentur, non esse id secus crederetis quam cum homines insigni deformitate ac facie deridicula imitantur histriones et gestiunt.'

11 Quid Titus Castricius de uerbis deque sententia quadam C. Gracchi existimavit; quodque esse eam sine ullo sensus enolumento docuerit.

4 inquit ita OX^r 13 consertam Q; consertam Z; consecutam D; consecutam FvB 18 uitium s. cf. Non. 57 (31. 19-21) 23 diceretur[dicere δ 24 oratoris Elssner 1876a. 475: orationis Ψ et om. X^r et om. F 27 ac facie deridicula cod. Thyssing: ad faciendā ridicula Ψ

1 Simplissima suauitate et rei et orationis L. Piso Frugi usus est in primo annali, cum de Romuli regis uita atque uictu scriberet.

2 Ea uerba quae scripsit haec sunt:

Eundem Romulum dicunt ad cenam uocatum ibi non multum bibisse, quia postritide negotium haberet. Ei dicunt: 'Romule, si istuc omnes homines faciant, unum uilius sit.' Is respondit: 'immo uero carum, si quantum quisque uolet bibat; nam ego bibi quantum uolui.'

5

1 Laberius in Lacu Auerno mulierem amantem uerbo inusitatus ficto amorabundam dixit. 2 Id uerbum Caesellius Vindex in commentario lectionum antiquarum ea figura scriptum dixit, quae *ludibunda* et *ridibunda* et *errabunda* dicitur ludens et ridens et errans. 3 Terentius autem Scaurus, diu Hadriani temporibus grammaticus uel nobilissimus, inter alia quae de Caeselli erroribus composuit, in hoc quoque uerbo errasse eum scripsit, quod idem esse putauit *ludens* et *ludibunda*, *ridens* et *ridibunda*, *errans* et *errabunda*. 4 'Nam *ludibunda*' inquit 'et *ridibunda* et *errabunda* ea dicitur, quae ludentem uel ridentem uel errantem agit aut simulat.'

10

15

4 Sed qua ratione Scaurus adductus sit ut Caesellium in eo reprehenderet, non hercle reperiebamus. Non est enim dubium quin haec genere ipso dumtaxat idem significant quod ea demonstrant a quibus producantur. Quid esset autem ludentem agere uel imitari, non intellegere uideri maluimus quam insimulare eum tamquam ipsum minus intellegentem. 5 Quin magis

IA §2. Piso FRHist 9 F10 IE §1 fr. 35 Pan. §3 fr. 1 Tempesti

2 de om. O^rX^r 5 istud BKQ 6 is X: his FOZnδ 7 an uelit in Pigeone?

9 Vindex index O^rX^r 10 ea δ: ex Fy 11 et ridibunda F^{ms}, Wittmann: om. Y^r

13 alia Soter 1526: illa Ψ

Scaurum oportuit commentaria Caeselli criminantem hoc ab eo praeteritum requirere, quod non dixerit an quid et quantum differret a ludibundo ludens et ridibundo ridens et errabundo errans ceteraque horum similia: an a principalibus verbis paulum aliquid distarent, et quam omnino uim haberet particula 5 haec extrema eiusmodi uocabulis addita. 6 Hoc enim fuit potius requirendum in istiusmodi figurae tractatu, sicuti requiri solet in uulento et lutulento et turbulento, uacuae et inanis sit istaec productio, cuiusmodi sunt quae παραγωγός Graeci dicunt, an extrema illa particula habeat aliquid suae propriae significationis. 10

7 Cum reprehensionem autem illam Scauri notarem, in memoriam nobis redit quod Sisenna in quarto historiarum eiusdem figurae uerbo ita usus est: 'Populabundus' inquit 'agros ad oppidum peruenit', quod scilicet significat 'cum agros popularetur', non, ut Scaurus in consimilibus uerbis ait, 'cum populantem ageret' uel 'cum imitaretur'. 8 Sed inquirentibus nobis, quaeenam ratio et origo esset huiuscemodi figurae, *populabundus* et *errabundus* et *laetabundus* et *ludibundus* multorumque aliorum id genus uerborum, euepibolos hercle Apollinaris noster uideri sibi ait particulam istam postremam in quam uerba talia exe- 20 unt uim et copiam et quasi abundantiam rei cuius id uerbum esset demonstrare, ut laetabundus is dicatur qui abunde laetus sit, et errabundus qui longo atque abundanti errore sit, ceteraque omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio haec et extremitas largam et affluentem uim et copiam declararet. 25

IE De *ludibundo* et *errabundo* atque id genus uerborum productionibus; et quod Laberius sic *amorabundam* dixit ut dicitur *ludibunda* et *errabunda*; atque inibi quod Sisenna per huiuscemodi uerbum noua figura usus est.

§7 FRHist 26 F115b

3 differret FOXEN et ridibundo ridens de Buxis: om. Ψ 4 cetera quae QD horum (sunt) δ 8 et lutulento om. δ istaec FN: ista haec OXπ: ista et δ 9 quae] an quas? 12 sisennam O^π-π 17 esset (et) δ 22 demon- straret O^π-π 24 ut om. F 25 fluentem Ψ, corr. Eussner 1886a: 475

1 Adiecimus saepe animum ad uocabula rerum non paucissima quae neque singulis uerbis, ut a Graecis, neque, si maxime pluri- bus eas res uerbis dicamus, tam dilucide tamque apte demon- strari Latina oratione possunt quam Graeci ea dicunt prius uocibus. 2 Nuper etiam cum adlatus esset ad nos Plutarchi liber 5 et eius libri indicem legissemus, qui erat Περὶ πολιτείας, percontanti cuiusmodi qui et litterarum et uocum Graecarum expers fuit cuiusnam liber et qua de re scriptus esset, nomen quidem scriptoris statim diximus, rem de qua scriptum fuit dic- 10 turi haesimus. 3 Ac tum quidem primo, quia non satis com- mode opinabar interpretaturum (me) esse si dicerem librum scriptum de negotiositate, aliud institui apud me exquirere quod ut dicitur uerbum de uerbo expressum esset. 4 Nihil erat prorsus quod aut meminisset legere me, aut, si etiam uellem 15 fingere, quod non insigniter asperum absurdumque esset, si ex multitudine et negotio uerbum unum compingerem, sicuti multiuga dicimus et multicolora et multiformia. 5 Sed non minus inlepidè ita diceretur quam si interpretari uoce una uelis 20 πολιτείας aut πολιτείας.

6 Quamobrem, cum diutule tacitus in cogitando fuisset, respondi tandem non uideri mihi significari eam rem posse uno nomine, et idcirco iuncta oratione quid uellet Graecum id uer- bum [pararam] dicere. 'Ad multas' igitur res adgressio earumque omnium rerum actio πολιτείας, inquam 'Graece dicitur, 25 de qua hunc librum compositum esse inscriptio ista indicat.'

§3 Otto 1890: 367 (1870)

3-4 demonstrare F 4 prius] prius N^o6 9 scriptum] scriptus Jac. Gronovius 11 add. Hertz 19 u. Hübler 2006 polytropian]ere Ψ [sed om. GQ] 22 et om. Q 23 pararam] pararem O^π: pararam Fr. Skutsch, sed me parasse expectares: an (fruitionem) paratam uel (fruitione) parata(m)?

οὐκ ἄρα σοί γε πατήρ ἦν ἱππότα Πηλεὺς,
 οὐδέ θετικὸς μῆτηρ, γλαυκῆ δέ σε τιέτε θάλασσα
 πέτραι τ' ἠλιβανοί, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής,

non partionem solam, tamquam ille quem sequebatur, sed
 alituram quoque feram et saevam criminatus est; addidit enim
 hoc de suo:

Hyrcanaeque admorunt ubera tigres,

quoniam uidelicet in moribus inolecendis magnam fere par-
 tem ingenium altricis et natura lactis tenet, quae iam a prin-
 cipio imbutam paterni seminis concreione ex matris etiam
 corpore et animo recentem indolem configurat.

21 Et praeter haec autem, quis illud etiam negligere asper-
 narique possit, quod quae partus suos deserunt ablegantque a
 sese et aliis nutriendos dedunt uinculum illud coagulumque
 animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat,
 interscindunt aut certe quidem diluunt deteruntque? 22 Nam
 ubi infantis aliorum dati facta ex oculis amolitiost, uigor ille
 maternae flagrantiae sensim atque paulatim restinguitur,
 omnisque impatientissimae sollicitudinis strepitus consulescit,
 neque multo minor amendati ad nutricem aliam filii quam
 morte amissi obliuio. 23 Ipsius quoque infantis adfectio animi

cap. exscripsit Rad. A. i. 43-6; idem §§6-8 extinguere, 21 quae partus--22 uerbis
 nonnumquam inmutatis sua fecit i. 181 (etiam Rad. B) §§13-16, 20 cf. Macrobb.
 Sat. 5. 11. 16-19, 14-15

4 non] nam Or partionem O-X^{ae}Π; partionem X^{ae} -que]
 aeque fere FOπZ; heeque Rad. 9 naturam δ (not. autem Rad.); Stalbs er-
 rat] 10 imbutam Maabing 1873: 602: imbuta Ψ, Rad. i. 45, cf. Macr. Sat. 5. 11.
 15* 13 quoj] quod Rad. i. 45, 181 15 filiis] liberis Q; spat. B^{ae}Z consociat]
 consociat P^{ae}O]BZ; sociat X 20 amendat] amendatio(ste) O^{ae}; co(m)men-
 dati XB^{ae}D, Rad. utriusque; a commendat] P^{ae}B^{ae}OZ 21 -st. FO, unde sunt N: est
 X^{ae}δ; om. Rad. utriusque

amoris consuetudine in ea sola unde alitur occupatur, et
 proinde ut in expositis usu uenit, matris quae genuit neque sen-
 sum ullum neque desiderium capit. Ac propterea obliteratis et
 abolitis naturae pietatis elementis, quicquid ita educati liberi
 5 amare patrem atque matrem uidentur, magnam fere partem
 non naturalis ille amor est, sed ciuilis et opinabilis.

24 Haec Fauorinum dicentem audiui Graeca oratione. Cuius
 sententias communis utilitatis gratia quantum meminisse
 potui retruli, amoenitates uero et copias ubertatesque uerbo-
 10 rum Latina omnis facundia uix quadam indispisci potuerit, mea
 tenuitas nequaquam.

A Dissertatio Fauorini philosophi, qua suauis nobiliti feminae uti liberos quos
 peperisset non nutricum adhibitarum sed suo sibi lacte aleret.

B

1 De Annaeo Seneca partim existimant ut de scriptore minime
 15 utili, cuius libros attingere nullum pretium operae sit, quod
 oratio eius uulgaria uideatur et protrita, res atque sententiae
 aut inepto inanique impetu sint aut leui et cauidicali argutia,
 eruditio autem uernacula et plebeia nihilque ex ueterum scrip-
 20 tis habens neque gratiae neque dignitatis. Alii uero elegantiae
 quidem in uerbis parum esse non infitias eunt, sed et rerum
 quas dicat scientiam doctrinaeque ei non deesse dicunt et in
 uitiis morum obiurgandis seueritatem grauitatemque non
 inuenustam. 2 Mihi de omni eius ingenio deque omni scripto
 iudicium censuramque facere non necessum est; sed quod de
 25 M. Cicerone et Q. Ennio et P. Vergilio iudicauit, ea res cuiusmodi

1 consuetudinibus Ψ, Rad., corr. Eussner 1886a: 475 6 opinabilis] opinabilis
 Rad. i. 46: Inopinabilis QZD 7 Fabortinum FO^{ae}X^{ae} 10 quaedam Ψ, Rad.,
 corr. Eussner 1886a: 475 16 uulgaria Jac. Gronouius: uulgarias BZD: uulgarias
 FyQ 17 aut^{ae} of. Aldobrandus: aut ut Ψ cauidicali Vogel 1875: 574: quasi
 dicat Ψ 25 cuiusmodi QB

sit ad considerandum ponemus. 3 In libro enim uicesimo secundo Epistularum moralium quas ad Lucillum composuit, deridiculos uersus Q. Ennium de Cethego, antiquo uiro, fecisse hos dicit:

is dictust ollis popularibus olim, 306
qui tum uiuebant homines atque aeuum agitabant,
flos delibatus populi tsuadat medulla.

4 Ac deinde scribit de isdem uersibus uerba haec: 'Admiror eloquentissimos uiros et deditos Ennio pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter bonos eius uersus et hos refert.' 5 Atque id etiam de Cicerone dicit: 'Non miror' inquit 'fuisse qui hos uersus scriberet, cum fuerit qui laudaret; nisi forte Cicero summus orator agebat causam suam et uolebat suos uersus uideri bonos.'

6 Postea hoc etiam addidit insulsiissime: 'Aput ipsum quoque' inquit 'Ciceronem inuenies etiam in prosa oratione quaedam, ex quibus intellegas illum non perdidisse operam quod Ennium legit.' 7 Ponit deinde quae apud Ciceronem reprehendat quasi Enniana, quod ita scripserit in libris de re publica, 'ut Menelao Laconi quaedam fuit suauiloquentiam in dicendo colat'. 8 Atque ibi loco dixerit 'breuiloquentiam in dicendo colat'. 9 Atque ibi homo nugator Ciceronis errores deprecatur et 'non fuit' inquit 'Ciceronis hoc uitium, sed temporis; necesse erat haec dici, cum illa legerentur'. 9 Deinde adscribit Ciceronem haec ipsa interposuisse ad effugiendam infamiam nimis lasciuiae orationis et nitidae.

§§3-18 Epp. pp. 540-1 Reynolds
re p. inc. sed. fir. 104, 10b Powell

§3 Ann. 306-8 §4 Brut. 58 §7 De

4 dictust ollis Gronovius ap. filium : dicitur tollis fere *ψ* : dicitur ollis rec., *coad.* Cic. ollis om. hic, pro olim substituit Merula 1595: 24, 495 in Ennio 5 agitabant] agebant *coad.* Cic. 6 suada O'XN : (populis) uada fere FO²*xδ : suadai rec. : suadat fere *coad.* Cic. (Suadae Quint. 2. 15. 4) : Suada(que) Merula, S. Mariotti 1951: 118 in Ennio (Suadaeque in Cicerone iam Aldus 1514: 169, in Gellio Ascensius 1524)* 12 suos Fr. Skutsch : hos *ψ* 21 deprecator F

10 De Vergilio quoque eodem in loco uerba haec ponit: 'Vergilius quoque noster non ex alia causa duros quosdam uersus et enormes et aliquid supra mensuram trahentis interposuit, quam ut Ennianus populus adgnosceret in nouo carmine aliquid antiquitatis.'

11 Sed iam uerborum Senecae piget; haec tamen inepti et insubidi hominis ioca non praeteribo: 'Quidam sunt' inquit 'tam magni sensus Q. Ennii ut, licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere', et cum reprehendis set uersus quos supra de Cethego posuimus, 'Qui huiuscemodi' inquit 'uersus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterici lectos.' 12 Dignus sane Seneca uideatur lectione ac studio adulescentium, qui honorem coloremque ueteris orationis Soterici lectis compararit quasi minimae scilicet gratiae et relictis iam contemptisque.

13 Audias tamen commemorari ac referri pauca quaedam quae idem ipse Seneca bene dixerit, quale est illud quod in hominem auarum et auidum et pecuniae sitientem dixit: 'Quid enim refert quantum habes? multo illud plus est quod non habes.' 14 Benene hoc? sane bene; sed adulescentium indolem non tam iuuant quae bene dicta sunt quam inficiunt quae pessime, multoque tanto magis, si et plura sunt quae deteriora sunt, et quaedam in his non *ἐπιθυμῆσαι* aliquo rei paruae ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio dicuntur.

25 B Quod Annaeus Seneca iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio leui futtilique iudicio fuit.

11 tibi Gronovius 1651 : sibi *ψ* 12 sane om. δ 21-2 pessime] saepissime δ 23 *ἐπιθυμῆσαι* rec. pauci, Marshall 1960: 179 : --ΤΑ fere *ψ* : --Τε BZ aliquid δ

1 Philosophum nomine Peregrinum, cui postea cognomentum
Proteus factum est, uirum grauem atque constantem, uidimus
cum Athenis essemus deuersantem in quodam tugurio extra
urbem. Cumque ad eum frequenter uentitarem, multa hercle
dicere eum utiliter et honeste audiuimus. In quibus id fuit quod
praecipuum auditu meminimus.

2 Virum quidem sapientem non peccatum esse dicebat,
etiamsi peccasse eum dii atque homines ignoraturi forent.
3 Non enim poenae aut infamiae metu non esse peccandum
censebat, sed iusti honestique studio et officio. 4 Si qui tamen
non essent tali uel ingenio uel disciplina praediti, uti se ui sua
ac sponte facile a peccando tenerent, eos omnis tunc peccare
procius existimabat, cum latere posse id peccatum putarent
inpunitatemque ex ea latebra sperarent; 5 'at si sciant' inquit
'homines nihil omnium rerum diutius posse celari, repressius
pudentiusque peccabitur.' 6 Propterea uersus istos Sophocli,
prudentissimi poetarum, in ore esse habendos dicebat:

πρὸς πάντα κρύπτει μὴδέν· ὡς δὲ πάνθ' ὀρώων
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

7 Alius quidam ueterum poetarum, cuius nomen mihi nunc
memoriae non est, Veritatem Temporis filiam esse dixit.

IA Errare istos qui spe et fiducia latendi peccent, cum latebra peccati perpetua
nulla sit; et super ea re Peregrini philosophi sermo et Sophocli poetae sententia.

§6 fr. 301 Radt

§7 cf. Eur. fr. 222 Kannicht, Plut. QR 12

§§1-6 Φ, §5 Rad. i. 42 Stubbs

4 diuersantem EXD 6 honesta δ in om. Φ 7 auditu Lupus, T: audi-
tum Ψ₀ 11 officio, si s: officiosi ψΦ 12-13 (sua) sponse δ 15 atj
ac B, Rad. scient J. Th. Jensen ap. Siebbye 1878: 45 18 dicebat hucusque Φ
19 ἀπαρθ' Ψ: δ πάνθ' Sophocles

1 Haec quoque disciplina rhetorica est, callide et cum astu res
criminosas citra periculum confiteri, ut, si obiectum sit turpe
aliquid quod negari non queat, responsione ioculari eludas et rem
facias risu magis dignam quam crimine, sicut fecisse Ciceronem
scriptum est, cum id quod infitiam non poterat urbano face-
toque dicto diluuit. 2 Nam cum emere uellet in Palatio domum
et pecuniam in praesens non haberet, a P. Sulla, qui tum reus
erat, mutua sestertium uiciens tacita accepit. 3 Ea res tamen,
priusquam emeret, prodita est et in uulgus exiuit, obiectumque
10 ei est quod pecuniam domus emendae causa a reo accepisset.
4 Tum Cicero inopinata obprobatione permotus accepisse se
negauit ac domum quoque se empturum negauit atque 'adeo'
inquit 'uerum sit accepisse me pecuniam, si domum emero.' Sed
cum postea emisset et hoc mendacium in senatu ei ab inimicis
15 obiceretur, risit satis atque inter ridendum 'ἀκοινολόγοι' inquit
'homines estis, cum ignoratis prudentis et cauti patrifamilias
esse, quod emere uelit empturum sese negare propter competi-
tores emptionis.'

IB Faceta responsio M. Ciceronis amolentis a se crimen manifesti mendacii.

20 1 Cum Romae a consulibus iudex extra ordinem datus pronun-
tiare intra Kalendas iussus essem, Sulpicium Apollinarem,

IB φ(L. Malmes. 67. 41-68. 6, cf. Saris. Pol. 5. 15. i. 346. 25-347. 10). Δ

II Non. 851 (530. 10-17)

3 non queat] nequeat BZ 7 P. om. φ 8 mutuas]tercium B: mutuas-
set tertium D: mutuasae ses tertium Q mutuo Willélmus, φΔ uiciens] erit au-
tem triciens quinquies (Fam. 5. 8. 2) tacita cf. D. 2. 14. 47. 1: tacite Q* (tacitae), sφ
9 emeretur φ tunc φ 14 inimicis] amicis δ 15 ἀκοινολόγοι ΨI: φ
faui homines Malmes.: imprudentes Saris.: om. Δ 21 Sulpicium] Supplicium κZ

doctum hominem, percontatus sum an his uerbis *intra Kalendas ipsae quoque Kalendae tenerentur*, dixique ei me iudicem datum Kalendasque mihi predictas, ut *intra eum diem pronuntiare*. 2 'Cur' inquit 'hoc me potius rogas quam ex istis aliquem peritis studiosisque iuris quos adhibere in consilium 5 iudicaturi soletis?' 3 Tum illi ego ita respondi: 'Si aut de uetere inquam iure et recepto aut controuerso et ambiguo aut nouo et ¶constituto discendum esset, issem plane sciscitatum ad istos quos dicis; 4 sed cum uerborum Latinorum sententia usus ratio exploranda sit, scaeuus profecto et caecus animi forem, si, 10 cum haberem tui copiam, issem magis ad alium quam ad te.' 5 'Audi igitur' inquit 'de ratione uerbi quid existimem, sed eo tamen pacto, ut id facias, non quod ego de proprietate uocis disseruero, sed quod in ea re omnium plurimum consensu 15 obseruari cognoueris; non enim uerborum tantum communium uerae atque propriae significationes longiore usu mutantur, sed legum quoque ipsarum iussa consensu tacito obliterantur.'

6 Tum deinde disseruit me et plerisque aliis audientibus in hunc ferme modum: 'Cum dies' inquit 'ita praefinita est, ut iudex *intra Kalendas pronuntiet*, occupauit iam haec omnes 20 opinio non esse dubium quin ante Kalendas iure pronuntietur, et id tantum ambigi uideo, quod tu quaeris, an Kalendis quoque iure pronuntietur. 7 Ipsum autem uerbum sic procul dubio natum est atque ita sese habet, ut, cum dicitur *intra Kalendas*, non alius accipi dies debeat quam solae Kalendae. Nam tres 25

§§7-10 φ(TYM)

- 1 percontatus BZD sum an] sumam B^c; sum an in B^c; summam P^cZD: sum P^c
 2 iudicem A. S. Wessenberg ap. *Maadwigium* 1873: 603: uidelicet Ψ 7 et c'
 Hostius: aut Ψ: ac Vasss 1890: 664 8 et] nec Britti 2012: 77 n. 1 consti-
 tuto] (modo) aut (non dum) constituto Krecht 1969: 583: (recens) constituto Watz
 1986: 331: constituendo Damsié 1920b: 195: traditum habetur Mantovani 2017: 288
 n. 111: an (in)constituito? esset issem plane] essetis se in plane BD (esset
 isse B^cem) ab P^c 9 istis F 13 uocis om. γ 20 pronuntiat BZD
 25 incipit BZD

istae uoces *intra, citra, ultra*, quibus certi locorum fines demon-
 strantur, singularibus apud ueteres syllabis appellabantur in, cis,
 us. 8 Haec deinde particulae quoniam paruo exiguoque sonitu
 obscurius promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba,
 et quod dicebatur *cis Tiberim* et *uls Tiberim* dici coeptum est *citra*
 5 *Tiberim* et *ultra Tiberim*; item quod erat in, accedente eadem syl-
 laba, *intra* factum est. 9 Sunt ergo haec omnia quasi contermina
 iunctis inter se finibus cohaerentia: *intra oppidum, ultra oppidum,*
citra oppidum, ex quibus *intra*, sicuti dixi, in significat: 10 nam qui
 10 dicit *intra oppidum, intra cubiculum, intra ferias*, non dicit aliud quam
in oppido, in cubiculo, in feriis. 11 *Intra Kalendas* igitur non ante
 Kalendas est, sed in Kalendis, id est eo ipso die quo Kalendae sunt.
 12 Itaque secundum uerbi ipsius rationem, qui iussus est *intra*
 Kalendas pronuntiare, nisi Kalendis pronuntiet, contra iussum
 15 uocis facit; 13 nam si ante id fiat, non *intra* pronuntiat, sed *citra*.

14 'Nescioquo autem pacto recepta uulgo interpretatio est
 absurdissima, ut *intra Kalendas* significare uideatur etiam *citra*
 Kalendas uel ante Kalendas (nihil enim ferme interest).
 15 Atque insuper dubitatur, an Kalendis quoque pronuntiam
 possit, quando neque ultra neque *citra*, set, quod inter haec
 medium est, *intra Kalendas*, id est Kalendis, pronuntiandum sit.
 16 Sed nimirum consuetudo uicit, quae cum omnium domina
 rerum, tum maxime uerborum est.'

17 Ea omnia cum Apollinaris scite perquam atque enucleate
 disputauisset, tum ego haec dixi: 'Cordi' inquam 'mihi fuit,
 priusquam ad te irem, quaerere explorareque, quoniam modo
 ueteres nostri particula ista qua de agitur usi sint, atque ita

§17 II Veri. 3. 207

- 1-2 demonstrantur F 2 in cis uis spat. D 3 haec P^c 5 ul BZ:
 ultra QD 7 factum] fractum B^cZ est om. OX^π 15 uocis] delendum uideatur
 nisi sensum pro iussum reponas 19 an] ante FO^cX^π 21 id esto N: si (fort.
 ex i. ortum) δ 24 scite perquam] scitepat. D addidit*

inuenimus (M.) Tullium in tertia in Verrem scripsisse istoc modo: "Locus intra Oceanum iam nullus est neque tam longinucus neque tam reconditus quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque peruaserit." 18 *Intra Oceanum* dicit contra rationem tuam; non enim uult, opinor, dicere in Oceano; s terras enim demonstrat omnis quae Oceano ambiuntur, ad quas a nostris hominibus adiri potest: quae sunt citra Oceanum, non in Oceano; neque enim uideri potest insulas significare nescioquas quae penitus esse intra aequora ipsa Oceani dicuntur.

19 Tunc Sulpicius Apollinaris renidens 'non me hercule inar-gute' inquit 'nec incallide opposuisti hoc Tullianum; sed Cicero *intra Oceanum* non, ut tu interpretare, citra Oceanum dixit. 20 Quid enim potest dici citra Oceanum esse, cum undique Oceanus circumscribat omnis terras et ambiat? Nam citra quod est, id extra est; quod autem potest intra esse dici quod extra est? 21 Sed si ex una tantum parte orbis Oceanus foret, tum quae terra ad eam partem foret citra Oceanum esse dici posset uel ante Oceanum; cum uero omnis terras omnifariam et undique uer-sum circumfluat, nihil citra eum est, sed undarum illius ambitu terris omnibus conuallatis in medio eius sunt omnia quae intra oras eius inclusa sunt, sicuti hercule sol non citra caelum uertitur, sed in caelo et intra caelum.'

21 Haec tunc Apollinaris scite acureque dicere uisus est. Set postea in libro M. Tullii epistularum ad Seruium Sulpicium sic dictum esse inuenimus *intra modum*, ut *intra Kalendas* dicunt qui dicere *citra Kalendas* uolunt. 22 Verba haec Ciceronis sunt quae adposui: 'Sed tamen, quoniam effugi eius offensionem, qui

§22 Fam. 4. 4. 4

1 istoc BZ: isto QD: est aut (autem X) Fy 2 longinquus codd. Cic. 4 per-suaserit F 6 omnes BF*: òs D 10 mehercule mercte F: mi hercule B: in hercule O: meercule X: mercule NZQ, (nomer-) D 11 callide ð 16-17 tuum—foretorm.Fy 18 horasBZD 24 sic]sicur:OX*-r 27-1 offer-sionem....publicam Cicero: occasionem....imperite V, corr. Ascensius 1524

fortasse arbitraretur me hanc rem publicam non putare, si per-petuo tacerem, modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut et illius uoluntati et meis studiis seruiam.' 23 *Modice* dixerat *hoc factam*, id est cum modo aequo et pari; 24 deinde, quasi hoc displiceret et corrigere id uellet, addit *aut etiam intra modum*, per quod ostendit minus sese id facturum esse quam quod fieri modice uideretur, id est non ad ipsum modum, set retro paulu-lum et citra modum.

25 In oratione etiam quam pro P. Sestio scripsit *intra montem Taurum* sic dicit, ut non significet in monte Tauro, sed usque ad montem cum ipso monte. 26 Verba sunt haec ipsius M. Tullii ex ea qua dixi oratione: 'Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra mon-tem Taurum regnare iusserunt; Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is in ea regnaret, condonarunt.' 27 *Intra montem* inquit *Taurum regnare iusserunt*, quod non proinde est, ut *intra cubiculum* dicimus, nisi uideri potest id esse intra montem, quod est intra regiones quae Tauri montis obiectu separantur. 28 Nam sicuti qui intra cubiculum est, is non in cubuli parietibus, sed intra parietes est quibus cubiculum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt, ita qui regnat intra montem Taurum non solum in monte Tauro regnat, sed in his etiam regionibus quae Tauro monte clauduntur.

29 Num igitur secundum istam uerborum M. Tullii similitudi-nem, qui iubetur intra Kalendas pronuntiare, is et ante Kalendas et ipsis Kalendis iure pronuntiare potest? Neque id fit quasi priuilegio quodam inscitae consuetudinis, sed certa rationis

§26 Sest. 58

2 (faciam) de Buxis 6 sese de Buxis: saepe V (sae P*) 9 pro sessio D: professio B 12 qual]quam Q: qu(a)le OZD illum]illo ð (illa Q*) 15 Attalo ut is] athalantis ZD Attalo] inmo Eumeri, sed error Ciceronis est regnaret in ea Cic. 24 num] non X: nam Q: num (non) Tränkle 1983: 208, sed cf. 6. 7. 10* 27 in]stae P*OX*

observatione, quoniam omne tempus quod Kalendarum die includitur intra Kalendas esse recte dicitur.

II *Intra Kalendas* cum dicitur quid significet, utrum ante Kalendas an Kalendis an utrumque; atque mihi quid sit in oratione M. Tulli *Intra Ocerum* et intra montem Taurum et in quadam epistula intra modum.

14

IA

1 *Saltem* particula quam habet principem significationem, quaeque uocis istius origo esset, quaerebamus. 2 Ita enim primitus factam esse apparet ut non uideatur, sicuti quaedam supplementa orationis, temere et incondite adsumpta. 3 Atque erat qui diceret legisse se in grammaticis commentariis P. Nigidii *saltem* ex eo dictum quod esset *si aliter*, idque ipsum dici solitum per deflectionem, nam plenam esse sententiam *si aliter non potest*. 4 Sed id nos in isdem commentariis Nigidii, cum eos non, opinor, incuriose legissemus, nusquam inuenimus. 5 Videntur autem uerba ista *si aliter non potest* a significatione quidem uoculae huius de qua quaerimus non abhorreere. Set tot uerba tamen in paucissimas litteras cludere improbae cuiusdam subtilitatis est.

6 Fuit etiam qui diceret, homo in libris atque in litteris adsiduus, *saltem* sibi dictum uideri V littera media extrita; *salutem* enim ante dictum, quod nos *saltem* diceremus. Nam cum alia quaedam petita et non impetrata sunt, tum solemus, inquit, 'quasi extremum aliquid petitori quod negari minime debeat, dicere hoc saltem fieri aut dari oportere, tamquam salutem postremo petentes, quam impetrari certe et obtineri sit aequissimum.'

7 Sed hoc itidem non inlepidè quidem fictum nimis tamen esse uidetur commenticium. Censuimus igitur amplius quaerendum.

IA *Saltem* particula quam uim habeat et quam originem.

2 recte om. δ 6 principem] principe BZ : precipue D 16 abhorreere sed] abhorreeres et BZD 22 negare F^e δ

444

IE

15

1 Cum lectitaremus historiam Sisennae adsidue, huiuscemodi figurae aduerbia in oratione eius animaduertimus, cuiusmodi sunt haec, *cursim*, *properatim*, *celatim*, *uellitacim*, *saluatim*. 2 Ex quibus duo prima, quia sunt notiora, exemplis non indigebant; 5 reliqua in historiarum sexto sic scripta sunt: 'Quam maxime celatim poterat, in insidiis suos disponit.' Item alio in loco: 'Nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandauimus, ne uellitacim aut saluatim scribendo lectorum animos impediremus.'

10 IE Quod Sisenna in libris historiarum aduerbiis huiuscemodi saepenumero usus est, *celatim*, *uellitacim*, *saluatim*.

§2 FRHist 26 F429-30

§2 ϕ (TWM), Non. 123 (87. 1-2); 247 (168. 6-9); 276 (187. 28-188. 2)

1 historias *II* : istorias *X^e* : istoria *X^e* 2 cuiusmodi $\pi\phi$: cuiusmodis *BZD* : cuiusis (= cuiusmodis) *Q* 3 sunt *XII* : sint *FO^eN^e ϕ* in δ 7 acetate *Q* : utrumque rodd. Non. una aestate : anni a.C. 88 continenter *Bongarsius*

445

L. Accio, tragicis poetis, historiam scripserunt huiuscemodi:
 2 cum Pacuvius' inquit 'grandi iam aetate et morbo corporis
 diutino adfectus Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius
 tunc haut paruo iunior proficiscens in Asiam, cum in oppidum
 uenisset, deuerit ad Pacuuium comiterque inuitatus pluscus
 5 Isque ab eo diebus retentus tragoediam suam cui Atreus nomen
 est desideranti legit. 3 Tum Pacuuium dixisse aiunt sonora quidem
 esse quae scripsisset et grandia. sed uideri tamen ea sibi duriora
 paulum et acerbiora. 4 'Ita est' inquit Accius 'uti dicis; neque id
 10 me sane paenitet; meliora enim fore spero quae deinceps scri-
 bam. 5 Nam quod in pomis est, in idem' inquit 'esse aiunt in inge-
 niis; quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et iucunda;
 sed quae gignuntur statim uieta et mollia atque in principio
 sunt uiuida, non matura mox fiunt, sed putria. 6 Relinquendum
 15 igitur uisum est in ingenio, quod dies atque aetas mitificet.'
 B Super poetarum Pacuuii et Accii conloquio familiarum in oppido Tarentino.

3

Γ

1 Risu prorsus atque ludo res digna est, cum plerique gramma-
 tiorum adseuerant necessitudinem et necessitatem mutare
 5 longe differreque, ideo quod necessitas sit uis quaeipiam pre-
 mens et cogens, necessitudo autem dicatur ius quoddam et
 uinculum religiosae coniunctionis idque unum solitarium sig-
 nificet. 2 Sicut autem nihil quicquam interest, *suauitudo* dicas
 an *suauitas*, *sanctitudo* an *sanctitas*, *acerbitudo* an *acerbitas*, *acritudo*
 25 an quod Accius in Neoptolemo scripsit *acritas*, ita nihil rationis

B §2 u. 467 R. = 188 Dangel

Γ Non. 561 (354. 6-11)

1 L. om. δ poetis] p(h)enis δ 4 Asia FOxN 7 est om. NQ 13 ui-
 etal] ueta P^oQ^oX^oπ : uita P^oQ 15 mitificaret J. Th. Jensen ap. Siesbye 1878: 93
 18 est (et) P^y

448

dici potest quae necessitudo et necessitas separantur. 3 Itaque in
 libris ueterum uulgo reperias necessitudinem dici pro eo quod
 necessum est.

4 Sed necessitas sane pro iure officioque obseruantiae adfinita-
 tatisue infrequens est, quamquam qui ob hoc ipsum ius adfinita-
 5 tis familiaritatisue coniuncti sunt necessari dicuntur. 5 Repperi
 tamen in oratione C. Caesaris qua Plautiam rogationem suasit
necessitatem dictam pro *necessitudine*, id est iure adfinitatis. Verba
 haec sunt: 'Equidem mihi uideor pro nostra necessitate non
 10 labore, non opera, non industria defuisse.'

6 Hoc ego scripsi de utriusque uocabuli indifferentia admoni-
 tus forte uerbi istius cum legerem Sempronii Aseilionis, ueteris
 scriptoris, quartum ex historia librum, in quo de P. Africano
 Pauli filio ita scriptum est: 'Nam se patrem suum audisse dicere
 15 {L. Aemilium Paulum} nimis bonum imperatorem signis con-
 latis decertare', nisi summa necessitudo aut summa ei occasio
 data esset.'

Γ An uocabula haec, necessitudo et necessitas, differenti significatione sint.

Δ

4

1 In plerisque monumentis rerum ab Alexandro (rege) gestarum,
 et paulo ante in libro M. Varronis qui inscriptus est Orestes uel de
 insania, Olympiadem Philippi uxorem festiuissime rescripsisse
 legimus Alexandro filio. 2 Nam cum is ad matrem ita scripsisset,
 'Rex Alexander Iouis Hammonis filius Olympiadi matri salutem

§5 Caes. fr. 27 Malc.

§6 Asell. FRHist 20 F6

Δ Varro fr. 63 Bolisani

Δ φ(TYHM)

1 qui O^oX^o : quin FO^oX^oπNδ 6 familiaritatisque δ 13 qua δ
 15 Hōsio monente deleui nimis neminem Gronotius ap. filium 16 (non) decer-
 tare O^o : ei P^oQ^o : est F : om. δ 20 addidit* 23 is ad Q : isset ad
 O^o : his et ad X scripsisset de Buxis : rescripsisset P^y

449

5 dicit', Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: 'Amabo' inquit
 'mi fili, quiescas neque deferas me neque criminare aduersum
 Iunonem; malum mihi prorsum illa magnum dabit, cum tu me
 litteris tuis paelicem esse illi confiteris.' 3 Ea mulieris scitae
 atque prudentis erga ferocem filium comitas sensim et comiter
 admonuisse eum uisa est deponendam esse opinionem uanam
 quam ille ingentibus uictoris et adulantium blandimentis et
 rebus supra fidem prosperis inbiberat, genitum esse sese de Ioue.

Δ Descripta Alexandri (**)

5

E

1 Aristoteles philosophus annos iam fere natus duo et sexaginta
 corpore aegro adfectoque ac spe uitae tenui fuit. 2 Tunc omnis
 eius sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantesque
 ut ipse deligeret loci sui et magisterii successorem, quo post
 summum eius diem proinde ut ipso uterentur ad studia doctri-
 narum complenda excolendaque quibus ab eo inbuti fuissent. 3
 Erant tunc in eius ludo boni multi, sed praecipui duo,
 Theophrastus et Menedemus. Ingenio hi atque doctrinis ceteros
 praestabant; alter ex insula Lesbo fuit, Menedemus autem
 Rhodo. 4 Aristoteles respondit facturum esse quod uellent cum
 id sibi foret tempestiuum.

5 Postea breui tempore, cum idem illi qui de magistro desti-
 nando petierant praesentes essent, unum ait quod tum biberet,

E Arist. test. 47 Düring = Eudemus fr. 5 Wehrli

Fyδ(BQZD)φ(SWJTYHMA), Rad. i. 42-3 Stubbs

3 prorsus Qy dabit] dauit P²O : dauit Z : dabat τ cum (tu) me Hφ : cunc-
 tum e Z : cunctu ebat e D 5 comitas...comiter diphict 13 deli-
 geret] diligeret X²δ : eligeret Rad. i. 42 16 errant BZD praecipue O²τ :
 praecipuam X 17 Menedemus] udemus D : Eudemus F²Y : eudemus J
 17 Menedemus] Eudemus W²τ : eudemus J errant Gellius, cf. Hoßford-Streves
 2003: 317 n. 58 ceteris SΔ 20 sibi] OX²τ

450

non esse id ex ualitudine sua, sed insalubre esse atque asperum
 ac propterea quaeri debere exoticum, uel Rhodium aliquod uel
 Lesbium. 6 Id sibi utrumque ut curarent petiuit, usurumque eo
 dixit quod sese magis inuisset. 7 Eunt, quaerunt, inueniunt,
 adferunt. 8 Tum Aristoteles Rhodium petit, degustat: 'firmum'
 inquit 'hercle uinum et iucundum.' Petit mox Lesbium. 9 Quo
 item degustato 'utrumque' inquit 'oppido bonum, sed ἡδύων δ'
 Ἀέφθωκ.' 10 Id ubi dixit, nemini fuit dubium quin lepide simul
 et uerecunde successorem illa uoce sibi, non unum delegisset.
 11 Is erat e Lesbo Theophrastus, suauitate homo insigni linguae
 pariter atque uitae. 12 Itaque non diu post Aristotele uita
 defuncto ad Theophrastum omnes concesserunt.

E De Aristotele et Theophrasto et Menedemo philosophis; deque eleganti uere-
 cundia Aristotelis successorem diatribae suae eligentis.

F

6

1 Quas Graeci προφθιάκ dicunt, eas ueteres docti tum notas
 uocum, tum moderationa, tum accentuinculas, tum uocula-
 tiones appellabant; 2 quod nunc autem barbare quem loqui
 dicimus, id uitium sermonis non barbarum esse, sed rusticum
 et cum eo uitio loquentes rustice loqui dicitabant. 3 P. Nigidius
 in commentariis grammaticis 'rusticus fit sermo' inquit 'si
 adspires perperam'. 4 Itaque id uocabulum quod dicitur uulgo
 barbarismus, qui ante Diui Augusti aetatem pure atque integre
 locuti sunt an dixerint, nondum equidem inueni.

F §3 fr. 39 Sw.

F Fyδ(QZD)

3 sibi] O²X²τ 4 sese] se φ : esse OX²τ quaerunt J : curant F²φΔ,
 Rad.* 7 item] idem OX²τ 8 id] 1. a. 9 10 insignis P²φ, Rad.
 19 P. om. δ 20 fit] fuit F 23 dixerint FyD : dixerunt ZQ nondum—
 inueni] at uide Rhet. Her. 4. 17

451

F Quid veteres Latini dixerint quas Graeci *προσωδίαε* appellant; et item quod uocabulum barbarismi non usurpauerint neque Romani antiquiores neque Attici.

7

Z

1 Laenas inter omnem uitam semel parere eoque uno partu numquam edere plures quam unum Herodotus in tertia historia scriptum reliquit. 2 Verba ex eo libro haec sunt: *ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὼν ἰχθυρὸν καὶ θρασύτατον, ἄσπεξ ἐν τῷ βίῳ τίσει ἐπιτάουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέχνῳ τὰς μήτρας.* 3 Homerus autem leones—sic enim feminas quoque uirili genere appellat, quod grammatici *ἐπίκεινον* uocant—pluris gignere atque educare catulos dicit. 4 Versus quibus hoc aperte demonstrat hi sunt:

*εἰστήκει ὡς τίς τε λέων περὶ οἴκι τέκεσσιν,
ὧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήωνται ἐν ἴλῃ
ἄνδρες ἐπακτῆρες.*

135

5 Item alio in loco idem significat:

*πυκνά μάλα στενάχων, ὡς τε λις ἡγγένειος,
ὧ ῥά θ' ὑπὸ κύμινου ἐλαφθόλος ἀρπάει ἀνήρ
ἄλης ἐκ πυκινῆς.*

320

6 Ea nos dissensio atque diuersitas cum agitaret inclutissimi poetarum et historiarum nobilissimi, placuit libros Aristotelis philosophi inspicere quos de animalibus exquisitissime composuit. In quibus quod super ista re scriptum inuenimus cum ipsius Aristotelis uerbis in his commentariis scribemus.

§3 Hdt. 3. 108. 4 §4 P 133-5 §5 C 318-20 §6 HA 6. 31. 579^b 32-41; fr. 282(4) Gignon

§§1-4 Φ(ΥΗΜ)

4 eoque δ 6 reliquit] reliquerit δ 7 *ἰχθυρὸν*] *ἰχθυρότατον*
Herodotus 11 demonstrat *ἡαυσαυε* Φ 12 *εἰστήκει*] *ἰστήκει* *ἴσει* Ψ :
εἰστήκει Homeric] *πῆρι* que 22 ista re] *ισι* arum Ο^{στ} inuenimus Xκ : inuenimus QD

452

Z Diuersum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus et Herodotum in historicis.

H

8

1 Eximie hoc atque uerissime Afranius poeta de gignenda conparandaque sapientia opinatus est, quod eam filiam esse Vsum et Memoriae dixit. 2 Eo namque argumento demonstrat, qui sapiens rerum esse humanarum uelit, non libris solis neque discipulis rhetoricis dialecticisque opus esse, sed oportere eum uersari quoque exerceri in rebus communis noscendis perclitandisque atque exerceri in rebus communis noscendis perclitandisque atque consulere ex his quae pericula ipsa rerum proinde sapere atque docuerint, non quae libri tantum aut magistri per quasdam inanitates uerborum et imaginum tamquam in mimo aut in somnio *†delectauerint†*. 3 Versus Afranii sunt in togata cui Sellae nomen est:

Vsum me genuit, mater peperit Memoria,
Sophiam uocant me Grai, uos Sapientiam.

298

4 Item uersus est in eandem ferme sententiam Pacuui, quem Macedo philosophus, uir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum:

odi ego homines ignaua opera et philosopha sententia.

§3 uti. 298-9 R. = 302-3 Daviault §4 fr. 4 Schierl

Φ, §§1-2, 4-5 Δ, §§3-4 φ

8 communis] communis δ (communibus Qst) nocendis FQ 8-9 perclitandisque] tantisque OXII : tantibusque κ 9 atque Sisybe 1878: 135 : esque ΨΦ ((quae) esque X) euentia] uenta Qst : auenta ZD 13 delectauerint ΨΦ : dicitauerint Δ (-unt). Lipsius 1580: 146 : dicitauerint Carrio : debilaterauerint Hertz 1871b: 271-2 = 1886: 214-15 : blaterauerint Huet 1911: 290, §1182 : delectauerint Ott 1871 (li. Roffe) : decantauerint (-ent?) Cavazza (*proshabito* delectauerint) : obiectauerint Madvig 1871: 60 : delineauerint Kronenberg 1910: 23-4¹ 16 Sophian Sisybe 1878: 136 20 odi ego Bothe 1823: 148 : ego odi Ψβ

453

5 Nihil enim fieri posse indignius neque intolerantius dicebat,
quam quod homines ignavi ac desides operi barba et pallio
mores et emolumenta philosophiae in lingua verborumque
artes conuerterent et uitia facundissime accusarent intercuti-
bus ipsi uitii madentes.

H Quod Afranius poeta prudenter et lepide Sapientiam filiam esse Vsus et
Memoriae dixit.

⊙

9 1 Tullius Tiro M. Ciceronis alumnus et libertus adiutorque in lit-
teris studiorum eius fuit. 2 Is libros compluris de usu atque
ratione linguae Latinae, item de uariis atque promiscis quaes-
tionibus composuit. 3 In his esse praecipui uidentur quos Graeco
titulo *Πανδέκτας* inscripsit, tamquam omne rerum atque doctri-
narum genus continentis. 4 Ibi de his stellis quae appellantur
Suculae hoc scriptum est: 'Adeo' inquit 'ueteres Romani litteras
Graecas nescierunt et rudes Graecae linguae fuerunt, ut stellas
quae in capite Tauri sunt propterea Suculas appellant, quod
eas Graeci *Υάδακ* uocant, tamquam id uerbum Latinum Graeci
uerbi interpretamentum sit, quia quae Graece *ἄετ*, sues Latine
dicantur. Sed *Υάδακ* inquit 'ὄνκ ἀπὸ τῶν ὄων', {id est non a subus}
ita ut nostri opici putauerunt, sed ab eo quod est *ἄετ* appellan-
tur, nam et cum oriuntur et cum occidunt, tempestates pluuias
largosque imbres cient. Pluere autem Graeca lingua *ἄετ* dicitur.'

5 Haec quidem Tiro in Pandectis. Sed enim ueteres nostri non
usque eo rupices et agrestes fuerunt, ut stellas Hyadas idcirco
Suculas nominarent quod *ἄετ* Latine sues dicantur, sed ut quod

⊙ §4. ff. 13 Fun.

1 intolerantius] cf. 19. 7. 9 3 mores et emolumenta i. q. mores quos in usum
nostrum philosophia praecipit 4-5 intercutibus] ex *Catoe* (fr. 44 CSBC = 60 *Malic*)
18 quia quae fr. *Skutsch*: quia γδ : quae F 19 del. *Egnathius**
subus γδ, cf. *D'Serri*, *Georg.* 1. 138 subus FZD : sui-

Graeci *ὑπέρ* nos super dicimus, quod illi *ὑπέρ* nos *supér*, quod
illi *ὑπερβόκ* nos *subulcus*, quod item illi *ὑπνός* nos primo *symnus*,
deinde per *Υ* Graecae Latinaeque (O) litterae cognationem *som-*
pnus, sic quod ab illis *Υάδακ* a nobis primo *Syades*, deinde *Suculae*
appellatae.

6 Stellae autem istae non in capite Tauri sunt, ut Tiro dicit—
nullum enim uidetur praeter eas stellas Tauri caput—set eae ita
(in) circulo qui zodiacus dicitur sitae locataeque sunt ut ex
earum positu species quaedam et simulacrum esse uideatur
tauri capitis, sicuti ceterae partes et reliqua imago tauri confor-
mata et quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum
quas Graeci *Πλειάδακ*, nos *Vergilias* uocamus.

⊙ Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de Suculis et Hyadibus, quae
sunt stellarum uocabula.

I

1 Labeo Antistius iuris quidem ciuili disciplinae principali stu-
dio exercuit et consulentibus de iure publice responsitauit, set
ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit, et in gram-
maticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores alio-
resque penetrauerat Latinarumque uocum origines rationesque
percalluerat, eaque praecipue scientia ad enodandos plerosque
iuris laqueos utebatur. 2 Sunt adeo libri post mortem eius editi
qui posteriores inscribuntur, quorum librorum tres continui,
tricesimus octauus et tricesimus nonus et quadragesimus, pleni
sunt id genus rerum ad enarrandam et inlustrandam linguam
Latinam conducentium.

2 illi om. *Fy* symnus de *Buxis* : somnus *tere Ψ* (somnos *D*) : *sympus Egnathius**
3-4 *Υ* om. *δ* {sed per—deinde om. *D*} 3 Graecae] sc. litterae, nisi Graeci *temptes*
caid. de Buxis 6 in om. *OXx* 7 eae (es, aeae) *FO-G²VDZ* : hae *P²X²Q* : eadem
Q²-π : *X² eras* 8 add. *Ascensius* 1530 21 eius om. *γ* 23 -ensimus *ter FN*

3 Praeterea in libris quos ad praetoris edictum scripsit, multa posuit perquam lepide atque argute reperta. Sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legitur: 'Sorum' inquit 'appellata est, quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo in qua nata est et in aliam familiam transgreditur.'⁵
 4 Fratris autem uocabulum P. Nigidius, homo impense doctus, non minus arguto subtilique ἐπιπέφω interpretatur: 'Frater' inquit 'est dictus quasi fere alter.'

I Quid sororis etymon esse dixerit Labeo Antistius et quid fratris Nigidius.

11

IA

1 Lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris Memippeis, qui inscribitur Nescis quid uesper {serus} uehat, in quo disserit de apto conuiuarum numero deque ipsius conuiuii habitu cultuque. 2 Dicit autem conuiuarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero et progredi ad Musarum {id est proficiendi a tribus et consistere in nouem}, ut, cum paucissimi conuiuae sunt, non pauciores sint quam tres, cum plurimi, non plures quam nouem.

3 Nam multos (inquit) esse non conuenit, quod turba plerumque est turbulenta; et Romae quidem con(tio) stat, sedet Athenis, nusquam autem cubat. Ipsum deinde conuiuium constat (inquit) ex rebus quattuor

I §3 fr. 3 H.-S.-K §4 fr. 50 Sw. IA §§1-2 Varro Men. fr. 333 Astbury/Cæbe §3 fr. 334-6

1 §§3-4 φ(TYM); §3 Non. 73 (1-4). §4 Non. 51 (35. 22-36. 1) IA §§1-5 φ(TYHM) Rad. i. 42 Stubbs; §6 Thesaurus nouus Latinitatis (s. fere xii) ap. Maium 1828-62: viii. 62; Sars. Pol. 8. 7 (fl. 269. 5-7 Webb); §§1-2 Macr. Sat. 1. 7. 12; §§1. 6-7 ibid. 2. 8. 2-3 §§2-4 excerptis Thomas Hibernicus (Consolatio q. fol. 41^r)

2 perquam Hostius: partim Ψφ; pariter Damsié 1920b: 196; partim (tralatícia, partim) Watt 1994: 281 4 separatur OXπ 5 domum OX^e 11 delecti^r dixit O^eπ 14 del. Marshall: habet Thomas 16 sint Fy, Thomas: sunt δ 19 quidem] inquit OXπ add. Boot 1887: 5, cf. Cic. Flacc. 16: (con)stat Hertz 1853 sedet Willemus: sed et Ψ (sed D)

456

et tum denique omnibus suis numeris absolutum est. si belli homunculi conlecti sunt, si electus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Nec loquaces autem (inquit) conuiuas nec mutos legere oportet, quia eloquentia in foro et apud subsellia, silentium uero non in conuiuio, set in cubiculo esse debet.

4 Sermones igitur id temporis habendos censet non super rebus anxii aut tortuosos, sed iucundos atque inuitabiles et cum quadam inlecebra et uoluptate utiles, ex quibus ingenium nostrum uenustius fiat et amoenius.

5 Quod profecto (inquit) eueniet, si de id genus rebus ad communem uitae usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendis loqui non est otium. Dominum autem (inquit) conuiui esse oportet non tam lautum quam sine sordibus.

Et 'In conuiuio legi non omnia debent, sed ea potissimum quae simul sint βιωφελή et delectent.' 6 Neque non de secundis quoque mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, praecipit; his enim uerbis utitur: 'Bellaria' inquit 'ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt; πέμματιν enim cum πέθει societas infida.'

7 Quod Varro hoc in loco dixit bellaria, ne quis forte in ista uoce haereat, significat id uocabulum omne mensae secundae genus. Nam quae πέμματα Graeci aut τραγήματα dixerunt, ea ueteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoque dulciora est inuenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea Liberi bellaria.

IA Quem M. Varro aptum iustumque esse numerum conuiuarum existimari; ac de mensis secundis et de bellariis.

§4 fr. 337 §5 fr. 338-40 fr. 340 item 1. 22. 5 §6 fr. 341

1 belli FN: uelli OX.δ: uelii II 2 electus] lectus O^eπ 3 mutos] multos O^eXπ 4 quia] qui ZD 7 inuitabiles etiam Kad. (errat Stubbs) 8 quadam (et) ZQ inlecebra et] inlecebre δ (bra Q^e) 12 agendis loqui] agendi δ conuiuii] conuiui O et ita profecto Varro: conuiuii ZD 14 non...sed] nec...et 1. 22. 5 14-15 (Et=delectent) Oehler 1844: 172-3 19 bellaria] bellare ne δ 21 πέμματα Graeci aut τραγήματα] CR grece Q: om. D

457

habuit; sed non eum qui Vitae perit, sed qui, cum aedilis curulis et praetor fuisset, in Galliam Narbonensem profectus ibi uita functus est.

13 'Ex altero autem illo Censorii filio longe natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi, duo nati sunt L. Cato et M. Cato. 14 Is Marcus tribunus plebis fuit et praetoram petens mortem obiit, ex eoque natus est M. Cato praetorius, qui se bello ciuili Vitae interemit, de cuius uita laudibusque cum M. Tullius scriberet, pronepotem eum Catonis Censorii dixit fuisse. 15 Videtis igitur hanc partem familiae, quae ex minore Catonis filio progenita est, non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre; nam quia ille Salonianus in extrema patris aetate, sicuti dixi, natus fuit, prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt quam qui a maiore fratre eius geniti erant. 16 Hanc temporum differentiam facile animaduertetis ex hac ipsa oratione, cum eam legetis.'

17 Haec Sulpicius Apollinaris audientibus nobis dixit. Quae postea ita esse uti dixerat cognouimus, cum et laudationes funebres et librum commentarium de familia Porcia legeremus.

K De genere atque nominibus familiae Porciae.

21

KA

1 Interrogatus est Probus Valerius, quod ex familiari eius quodam comperi, hasne urbes an *has urbes* et *hanc turrim* an *hanc turrim* dici

KA §§1-9 fr. 2 Velaza

KA §§1-12 Φ(TYM)

1 perit: P^sX^sI/NQ^sΦ 2 et praetor fuisset] fuisset et praetor XΦ
4 illo Q. cf. 9. 12. 3. 18. 9. 4 : ito Z : om. D : uiro FyΦ 5 Salonianum] so-
P^sXH : solomanum γM 6 is (iam) X^s : et η Marcus X. prob. Haverf : Cato
marcus O'π : M. Cato FNδΦ 12 solonianus F 14 quam O^sXQM : nam
FO^s-πNZD-Y qui a P^sO^sXNQ : quia FO^s-πZD-γ : quia a IT^s : qui M 18 ut
F^sX 22 turrim...turrim γ hanc] hunc δ

468

oporteret. 'Si aut uersum' inquit 'pangis aut orationem solutam struis atque ea tibi uerba dicenda sunt, non finitiones illas praerancidas neque foetutinas grammaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere; quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum.' 2 Tum is qui quaesierat 'quonam modo' inquit 'uis aurem meam interrogem?' 3 Et Probum ait respondisse: 'Quo suam Vergilius percontatus est, qui diuersis in locis *urbis* et *urbes* dixit arbitrio consilioque usus auris. 4 Nam in primo Georgicon, quem ego' inquit 'librum manu ipsius correctum legi, *urbis* per litteram scripsit. Verba e uersibus eius haec sunt:

urbisne inuisere, Caesar, 25
terraranque uelis curam.

Verte enim et muta, ut *urbes* dicas: insubidius nescioquid facies et pinguius. 5 Contra in tertio Aeneidis *urbes* dixit per E litteram: "centum urbes habitant magnas". Hic item muta, ut *urbis* dicas: nimis exilis uox erit et exanguis; tanta quippe iuncturae differentia est in consonantia uocum proximarum. 6 Praeterea idem Vergilius *turrim* dixit non *turrim*, et *securim* non *securum*: "turrim in praecipiti stantem", "incertam excussit ceruice securim." Quae sunt, opinor, iucundioris gracilitatis, quam si suo utrumque loco per E litteram dicas. 7 At ille qui interrogauerat, rudis profecto et aure agresti homo, 'cur' inquit 'aliud alio in loco potius rectiusque esse dicas, non sane intellego.' 8 Tum Probus iam commotior 'noli' inquit 'igitur laborare

§4 Georg. 1. 25-6 §5 Aen. 3. 106 §6 Aen. 2. 460; 224

1 rationem δ 2 tibi uerba δΦ : uerba tibi Fy (u. tui X) 3 neque om.
Φ foetutinas scripsi, rationem etymologiam secutus : foetutinas FO^sex, cf. Apul. Apol.
8. 3 : se- TM : -cu 7 : -di- O^sπ : -uas NδM 5 profectum OXGκ 8 quij quid
δ 10 correctum Seb. Gryphus 1537 : collectum YΦ : uerba e] uerba D : uerbe
ZQ 14 insubidius om. Φ 15 urbes] urbis δ 17 exsanguis] anguis
O^s : sanguis δ 18 est (ut) Φ 21 ceruices δ (Q^s)

469

utrum istorum debeas dicere, *urbis* an *urbes*. Nam cum id genus sis quod uideo, ut sine iactura tua pecces, nihil perdes, utrum dixeris.

9 His tum uerbis Probus et hac fini hominem dimisit, ut mos eius fuit erga indociles, prope inclementer. 10 Nos autem aliud quoque postea consimiliter a Vergilio duplici modo scriptum inuenimus. Nam et *tris* et *tris* posuit eodem in loco ea iudicii subtilitate, ut si aliter dixeris mutauerisque et aliquid tamen auris habeas, sentias suauitatem sonitus claudere. 11 Versus ex decimo hi sunt:

Tres quoque Threicios Boreae de gente suprema
et tris quos Idas pater et patria Ismara mittit.

Tris illic, *tris* hic; pensacula utrumque modulareque: reperies suo quidque in loco sonare aptissime. 12 Sed in illo quoque indidem Vergilii uersu, 'haec finis Priami fatorum'; si mutes *haec* et *hic finis* dicas, durum atque absonum erit, respuentque aures quod mutaueris. Sicut illud contra eiusdem Vergilii insuauis facias si mutes, 'quem das finem, rex magne, laborum?' Nam si ita dicas, *quam das finem*, iniucundum nescioquo pacto et laxiorem uocis sonum feceris.

13 Ennius item *rectos cupressos* dixit contra receptum uocabuli genus hoc uersu:

capitibus nutantis pinos rectosque cupressos.

Firmior ei, credo, et uiridior sonus esse uocis uisus est *rectos* dicere *cupressos* quam *rectas*. 14 Contra uero idem Ennius in

§11 Aen. 10. 350-1 §12 Aen. 2. 554: 1. 241 §13 Ann. 511 §14 Ann. 440

§13 Non. 287 (195. 21-3)

2 tua δ : tui Fy 4 fine F 9 sentias F^v : sententias P^e δ 10 tres cod. P Verg. quod ante Threicios melius sonat; tris codd. MR 14 si mutes hi(a)ec Q (mutas) M : simulat Fy : si mutes lut Zr : si mutes litteram D 17 facias om. Φ rex δ 22 capitibus] ita Cellius, non utique Ennius* nutantibus X^e, Non. 23 uiridior] cf. 2. 3. 1

annali duodeuicesimo *aere fulua* dixit, non *fuluo*, non ob id solum quod Homerus *ἄερα βαθίαν* dicit, sed quod hic sonus, opinor, uocabilior est uisus et amoenior; 15 sicuti Marco etiam Ciceroni mollius teretiisque uisum in quinta in Verrem *fretu* scribere quam *fretō*: 'perangusto' inquit 'fretu diuisa'. Erat enim crassius inuenustusque *perangusto fretu* dicere.

16 Itidem in secunda simili usus modulamine *manifesto peccatu* inquit, non *peccato*; hoc enim scriptrum in uno atque in altero antiquissimae fidei libro Thironiano repperi. 17 Verba sunt Ciceronis haec: 'Nemo ita uiuebat, ut nulla eius uitae pars summae turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut, cum impudens fuisset in facto, tum impudentior uideretur si negaret.' 18 Huius autem uocis cum elegantior hoc in loco sonus est, tum ratio certa et probata est. 19 *Hic* enim *peccatus*, quasi peccatio, recte Latineque dicitur, sicut *hic incestus* non qui admisit sed quod admissum est, et *hic tributus*, quod *tributum* nos dicimus, a plerisque ueterum dicta sunt. *Hic* quoque *adlegatus* et *hic arbitratus* pro (*adlegatione* et) *arbitratione* dicuntur, qua ratione seruata *arbitratu* et *adlegatu* meo dicimus. 20 Sic igitur in *manifesto peccatu* dixit, ut in *manifesto incestu* ueteres dixerunt, non quin Latinum esset peccato dicere, sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusque est.

21 Lucretius aequae auribus inseruiens funem feminino genere appellauit in hisce uersibus:

§14 Y 446; Φ 6-7 §15 II Verr. 5. 169 §17 ibid. 2. 191 §21 Lucr.

2. 1153-4

1 ob om. δ 3 uocabilior] ho-ox est. om. δ etiam Marco OX^r 4 fretu] fretu codd. Cc. 5 crassius (iam) QD: (quam) Z 6 inuenustus Wakefield 1796-7: i. 128. cf. Santini 1978: 9-12: iam uetustus QD: quam uetustus Z: uetustus Fy 7-8 peccatu] peccato Z, codd. Cc.: peccata (post inquit) Q 15 incertus δ (Q^r) 18 (adlegatione et) scripsi: (al- proque) de Buxis 19 adnegatus O^r adlegatu] ab- OX^r: -num O^r meo] eo P^eO^r 20 peccatu]-incestu om. XZ peccato O^r incertu O^r 22 mallius ZD

haut, ut opinor, enim mortalia saecula superne 1153
aurea de caelo demisit funis in arua,

cum dicere usitatus manente numero possit *aureus e caelo demisit funis in arua*.

22 Sacerdotes quoque feminas M. Cicero antistitas dicit, non secundum grammaticam legem antistites; nam cum insolentias uerborum a ueteribus dictorum plerumque respueret, huius tamen uerbi in ea parte sonitu delectatus, 'sacerdotes' inquit 'Cereris atque illius fami antistitae'. 23 Vsque adeo in quibusdam neque rationem uerbi neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt suis uerba modulis pensitantem. 24 'Quod qui non sentiunt,' inquit idem ipse M. Cicero, cum de numerosa et apta oratione dissereret, 'quas auris habeant aut quid in his hominis simile sit nescio.'

25 Illud uero cum primis apud Homerum ueteres grammatici adnotauerunt, quod, cum dixisset quodam in loco *κολοιούε τε ψήραόε τε*, alio in loco non *ψηρών* set *ψαράων* dixit:

τῶν δ' ὡς τε ψαράων νέφος ἔρχεται ἢε κολοίων,

secutus non communem (usum), sed propriam in quoque uocis situ iucunditatem; nam si alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris sonjtu insuaue.

KA Quod a scriptoribus elegantissimis maior ratio sit sonitus uocum atque uerborum iucundioris, quae a Graecis *εὐφώνια* dicitur, quam regulae disciplinaeque quae a grammaticis reperta est.

§22 IL. VERR. 4. 99 §24 Orat. 168 §25 IT 583; P 755

1 ut rec. *πομπή*, Lucr. : om. Ψ enim mortalia e(i) immortalia (imm.) *codd.*
Lucr. 5 antistas. QD 7 huius] huius F 8 sonitus O²-7 9 Cereris
FN: celeris OX7 (sceleris v); ceteris δ 17 ψηρών τε Ψ: corr. Marshall 1960: 179-80
addidit, cf. 8. 2. 17. 14. 3: (regulam) Tränkle 1983: 109: (morem) Waitt 2002: 289

1 T. Castricius, rhetoricae disciplinae doctor, qui habuit Romae locum principem declamandi ac docendi, summa uir auctoritate grauitateque et a Diuo Hadriano in mores atque litteras spectatus, cum me forte praesente—usus enim sum eo magistro—discipulos quosdam suos senatores uidisset die feriatio tunicis et lacernis indutos et gallicis calciatos, 'equidem' inquit 'maluissim uos togatos esse; (si) pigritum est, cinctos saltem esse et paenulatos. Sed si hic uester huiuscemodi uestitus de multo iam usu ignoscibilis est, soleatos tamen uos, populi Romani senatores, per urbis uias ingredi nequaquam decorum est, non hercle uobis magis quam illi tum fuit cui hoc M. Tullius pro turpi crimine obiectauit.' 2 Haec me audiente Castricius et quaedam alia ad eam rem conducentia Romane et seuerè dixit.

3 Plerique autem ex his qui audierant requirebant cur soleatos dixisset qui gallicas non soleas haberent. 4 Sed Castricius profecto scite atque incorrupte locutus est: 5 omnia enim ferme id genus quibus plantarum calces tantum infimae teguntur, cetera prope nuda et teretibus habentis uincta sunt, soleas dixerunt, nonnumquam uoce Graeca crepidulas. 6 Gallicas autem uerbum esse opinor nouum non diu ante aetatem M. Ciceronis usurpanti coeptum, itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum 'cum gallicis' inquit 'et lacerna cucurristi'. 7 Neque in ea significatione id apud quemquam alium scriptum lego grauioris dumtaxat auctoritatis scriptorem; sed, ut dixi, crepidas et crepidulas prima syllaba correpta id genus calciamentum appellauerunt quod Graeci *κρηπίδας* uocant, eiusque calciamenti

§6 Phil. 2. 76

1 T. om. δ 3-4 expectatus δ 4 forte om. γ 6 callicis Z: callicis
D: caligis D 7 add. *Dziziko ap. Hertz* cunctos δ 8 huiuscemodi γ:
huiuscemodi Fδ 10 est om. F²Q² 11 magis scripti: minus Ψ^a 22 gal-
licis] caligis *codd.* Clc.

καὶ

βάσει ἴθι, Ἰρι τοχέια,

uerba idem duo significantia non frustra posita esse ἐκ παραλλήλων, ut quidam putant, sed hortamentum esse acre imperatae celeritatis?

22 Verba quoque illa M. Ciceronis in L. Pisonem trigemina, etiamsi durae auris hominibus non placent, non uenustatem modo numeris quaesierunt, sed figuram simulationemque oris pluribus simul uocibus uerberauerunt: 23 "Vultus denique" inquit "totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus deceptit: fefellit induxit."

24 "Quid igitur simile est" inquit "apud eundem in praeda et manubiis? Nihil profecto istiusmodi. 25 Nam neque ornatus fit additis manubiis neque exaggeratius modulatusque; sed aliud omnino praeda est, ut in libris rerum uerborumque ueterum scriptum est, aliud manubiae. 26 Nam praeda dicitur corpora ipsa rerum, quae capta sunt, manubiae uero appellatae sunt pecunia a quaestore ex uenditione praedae redacta. 27 Vtrumque ergo dixit M. Tullius cumulandae inuidiae gratia decemuiros ablatturos persecuturosque: et praedam quae nondum esset uenundata et pecuniam quae ex uenditione praedae percepta esset.

28 Itaque haec inscriptio quam uidetis, EX MANUBIIS, non res corporaque ipsa praedae demonstrat—nihil enim captum est horum a Traiano ex hostibus—sed facta esse haec comparataque ex manubiis, id est ex pecunia praedatitia, declarat. 29 Manubiae enim sunt, sicuti iam dixi, non praeda, sed pecunia per

§23 in Pis. 1

§§29-32 Φ(TYM)

1 καὶ) ε-τ Ζ 7 non om. P^c 9 euerberauerunt δ 10 fraude δ
10-11 hominis OXJIN 13 istiusmodi (est) δ ornatus γ 17 appellata δ
(-tae Q^r) 19 abtturosque P^c 20 persecuto P^c, ut qui persecutosque scrip-
tus esset 21 precepta δ 25 maubiis P^c praedatitia] praedantia ZQ

quaestorem populi Romani ex praeda uendita contracta. 30 Quod "per quaestorem" autem dixi, intellegi nunc oportet praefectum aerario significari. Nam cura aerarii a quaestoribus ad praefectos translata est.

31 Est tamen nonnusquam inuenire ita scripsisse quosdam non ignobiles scriptores, ut aut temere et incuriose praedam pro manubis et manubias pro praeda posuerint aut tropica quadam figura mutationem uocabuli fecerint, quod facere concessum est scite id periteque facientibus. 32 Sed enim qui proprie atque signate locuti sunt, sicuti hoc in loco M. Tullius, manubias pecuniam dixerunt.

KE Quaesitum tractatumque quid sint manubiae; atque inibi dicta quaedam de ratione utendi uerbis pluribus idem significantibus.

KF

1 P. Nigidii uerba sunt ex commentariorum grammaticorum uicesimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium praecellentis: 'Deinde' inquit 'uoculatio qui poterit seruari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri, utrum interrogandi an uocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tonost quam prima, deinde nouissima deicitur; at in casu uocandi summo tonost prima, deinde gradatim descendunt.' 2 Sic quidem Nigidius dici praecipit. Sed si quis nunc Valerium appellans in casu uocandi secundum id praeeptum Nigidii acuerit primam, non aberit quin rideatur. 3 Summum autem tonum

KF §1 fr. 35 Sw.

KF Φ(TYM)

1 quod] sed δ 2 nuncom. φ 4 tralata P^cOX^cNZ 5 quosdam] quos P^c
6 et Demostⁱ 192ob: 31 : aut ψφ 7 apposuerint Π 10 sicut δ
11 pecunias X^cφ 14 ex-grammaticorum om. φ 17 nominibus]
omnibus φ : omnibus X^c Valerii φφ 18 superiore] superiore O : si
interiore X : superior et τ : superior est M 18-19 tonol tone P^c : sono N^c
19 -stONZ: est X^cτQD: sunt f. om. φ at] ad δ 20 -st] est X^cτQ^rED 23 habebit
P^cX : habuerit τ : habuit M

πρὸς ὄριαν acutam dicit, et quem accentum nos dicimus, uoculationem appellat, et casum interrogandi eum dicit quem nunc nos genetiium dicimus.

4 Id quoque in eodem libro Nigidiano animaduertimus: 'Si *huius*' inquit '*amici* uel *huius magni* scribas, unum I facito extremum; sin uero *hi magni*, *hi amici* casu multitudinis recto, tum ante I scribendum erit E, atque id ipsum facies in similibus.' Item: 'si *huius terrai* scribas, I littera sit extrema, si *huic terrae*, per E scribendum est.' Item: '*mei* qui scribit in casu interrogandi, uelut cum dicimus *mei studiosus*, per I unum scribat, non per E; at cum *mi*(*te mihi*)*ei*, tum per E et I scribendum est, quia dandi casus est.' 5 Haec nos auctoritate doctissimi hominis adducti propter eos qui harum quoque rerum scientiam quaerunt non praetermittenda existimauimus.

KF Verba P. Nigidii quibus dicit in nomine Valeri in casu uocandi primam syllabam acuendam esse; et item alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturam pertinentia.

27

KZ

1 Partheni poetae uersus est:

Γλαύκω καὶ Νηρηί καὶ εἰναλίω Μελευκέρη.

2 Eum uersum Vergilius aemulatus est, itaque fecit duobus uocabulis uenuste immutatis parem:

Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.

437

§4 fr. 36-8 KZ §1 test. 9[0], fr. 36 Lightfoot §2 Georg. 1. 437

6 extremo φ (-unum M¹) hi¹ hii Xπ (hi C¹) ZD : in φ¹ magnei Oκπ : magni FNZD φ : magni Q¹ hi² hii XπZD : in φ¹ amicei Oκπ : amicii FNδφ (amici M) 8 terrai Ascensius 1530 : terrae ψ¹ 10 studiosis δ 11 atj ac FO¹-WNδφ mi(tte mihi)ei scripsi : miei δ : mi ei φ : mei Fy : mehei Kent 1911 : 290 : mihei Marshall : mei (mitte)(tum) Damsté 1920b: 198* 18 Parthenii γ 19 Nηρηί Scaliger in tot. mssis¹ teste Jacobs 1794-1814: st. 422 : Nηπεί ψ

484

3 Sed illi Homericō non sane re parem neque similem fecit; esse enim uidetur Homeri simplicior et sincerior, Vergiliū autem νεωτερικώτε et quodam quasi ferumine inmisso fucator:

ταῦρον δ' Ἀλφειῶ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι. 728
taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo. 119

KZ De uersibus quos Vergilius sectatus uidetur Homeri ac Parthenii.

KH

28

1 Legebatur Panaetii philosophi liber de officiis secundus ex tribus illis inclitis libris quos M. Tullius magno cum studio maximoque opere aemulatus est. 2 Ibi scriptum est cum multa alia ad bonam frugem ducentia, tum uel maxime quod esse haerereque in animo debet. 3 Id autem est ad hanc ferme sententiam: 'Vita' inquit 'hominum, qui aetatem in medio rerum agunt ac sibi suisque esse usui uolunt, negotia periculaque exprouiso adsidua et prope cotidiana fert. Ad ea cauenda atque declinanda perinde esse oportet animo prompto semper atque intento, ut sunt athletarum qui pancratiastae uocantur. 4 Nam sicut illi ad certandum uocati proiectis alte brachiis consistunt, caputque et os suum manibus oppositis quasi uallo praemuniunt, membraque eorum omnia priusquam pugna mota est aut ad uitandos ictus cauta sunt aut ad faciendos parata: ita animus atque mens uiri prudentis aduersus uim et petulantias iniuriarum omni in loco atque in tempore prospiciens debet esse,

§3 A 728 Aen. 3. 119 KH §2 fr. 116 v. Straaten

KH φ(TVWHM), ex §§1, 3, 4 haurit Δ

1 reirem XG: rereim Q¹: rereim Q² 5 Taurum G¹-δ: om. FOXπ 11 ferne] fere δφ 12 qui aetatem] quia etate δ 16 achlelanum (animi) Fr. Skutsch, fort. recte pancratiastae Alidobranatus : -atae (-ac, -ie) fere ψφ (pangra- F¹OXπ) : caret Δ 19 mota om. φ 22 debet esse FyΔ : esse debet δφ

485

1 Defessus ego quondam diutina commentatione, laxandi leuandique animi gratia in Agrippae campo deambulabam.

Atque ibi duos forte grammaticos conspicatus non parui in urbe Roma nominis, certationi eorum acerrimae adfui, cum alter in casu uocatio *uir egregi* dicendum contenderet, alter *uir egregie*.

2 Ratio autem eius qui *egregi* oportere dici censebat huiusmodi fuit: 'Quaecumque' inquit 'nomina seu uocabula recto casu numero singulari VS syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam posita est I littera, ea omnia casu uocatio I littera terminantur, ut *Caelius Caeli*, *Modius Modi*, *Tertius Terri*, *Actus Acci*, *Titius Titi* et similia omnia; sic igitur *egregius*, quoniam VS syllaba in casu nominandi finitur eamque syllabam praecedit I littera, habere debet in casu uocandi I litteram extremam, et idcirco *egregi* non *egregie* rectius dicitur. Nam *diuus* et *rius* et *cluius* non VS syllaba terminantur, sed ea quae per duo V scribenda est, propter cuius syllabae sonum declarandum reperta erat noua littera, quae digamma appellabatur'.

3 Hoc ubi ille alter audiuit, 'o' inquit 'egregie grammaticae, uel si id maui egregissime, dic, oro te, *inscius* et *impius* et *sobrius* et *ebrius* et *propitius* et *propitius* et *anxius* et *contrarius*, quae VS syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam I littera est, quem casum uocandi habent? me enim pudor et uerecundia tenet pronuntiare ea secundum tuam definitionem.'

B^oϕ(TVM)

5 egregi egregii X^oδ 6 egregi δ dic] dicebat B^{ae} 8 VS] om. δ (post syllaba Q^r) 9 eaj e Z: om. Q 9-10 I littera] littera I B^{ae} 10 Modius et Tertius pro nominibus propriis accepi, cf. Höfjörd-Strevens 1984: 749-50
 tius δ omnia] nomina B^{ae} (ut) quoniam δ 13 littera] litteram B^{ae}
 14-15 dius et rius et cluius Bernardi Perrini 1976: 147-8 = 2001: 310-11, fort. recte
 15 VS] u.FONQ^{ae}: um Z 17 appellatur δ 18 egregie] an egregi. χλαεαααααα?
 19 mauius B^{ae} inscius et impius] impius inscius B^{ae} 20 quae] qui B^{ae}
 21 syllabam om. B^{ae} 23 tenent δ

4 Sed cum ille paulisper oppositu horum uocabulorum com-motus reticisset, et mox tamen se conlegisset, eandemque illam quam definierat regulam retineret et propugnaret, dice-retque et *propitium* et *propitium* et *anxius* et *contrarius* itidem in casu uocatio dicendum ut *aduersarius* et *extrarius* diceretur, *inscium* quoque et *impius* et *ebrium* et *sobrium* insolentius quidem paulo, sed rectius per I litteram, non per E, in eodem casu pro-nuntiandum, eaque inter eos contentio longius duceretur, non arbitratu ego operae pretium esse eadem istaec diutius audire, clamantes conpugnantesque illos reliqui.

E Lis atque contentio grammaticorum Romae illustrium enarrata super casu uocatio uocabuli quod est *egregius*.

F

1 Homo nobis familiaris, in litterarum cultu non ignobilis mag-namque aetatis partem in libris uersatus, 'adutum' inquit 'ornatumque uolo ire Noctes tuas' et simul dat mihi librum grandi uolumine doctrinae omnigenus, ut ipse dicebat, prae-scantem, quem sibi elaboratum esse ait ex multis et uariis et remotis lectionibus, ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria dignarum. 2 Accipio cupidus et libens, tamquam si Copiae cornu nactus essem, et recondo me penitus, ut sine arbitris legam.

3 Atque ibi scripta erant, pro Iuppiter, mera miracula: quo nomine fuerit qui primus grammaticus appellatus est; et quot fuerint Pythagorae nobiles, quot Hippocratae; et cuiusmodi fuisse

F §3 λαύρη] X 128. 137

F ϕ(TVM)

1 scd] et B^{ae}ϕ 6-7 insolentius—rectius om. ϕ 7 sed rectius] secretius B^{ae} 8 duceretur] diceretur OX^{ae}ITN 9 istaec] ista haec [om. E] γ 10 conpugnantes B^{ae} 15 et] set δ mihi dat ϕ 16 doctrinae δ γ: doc-trinis Pyr omnigenus P^{ae}δϕ: omnigenus P^{ae}γ 20 cornu P^{ae}γ 22 ibi om. γ 24 fuisse om. γ

ascendisse ignobilissimos prius homines et despiciatissimos.
 2 Nihil adeo de quoquam tantae admirationi fuit quantae fuerunt
 quae de Ventidio Basso scripta sunt: 3 eum Picentem fuisse
 Pompei Magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, cap- 5
 tam cum ipso esse; mox triumphante Pompeio Strabone eum
 quoque puerum inter ceteros ante currum imperatoris sinu
 matris uectum esse; post, cum adoleuisset, uictum sibi aegre
 quaesisse eumque sordide inuenisse comparandis mulis et 10
 uehiculis, quae magistratibus qui sortiti prouincias forent prae-
 benda publice conduxisset.

In isto quaestu notum esse coepisse C. Caesari et cum eo
 profectum esse in Gallias; tum, quia in ea prouincia satis gnauiter
 uersatus esset et deinceps ciuili bello mandata sibi pleraque 15
 impigre et strenue fecisset, non modo in amicitiam Caesaris, sed
 ex ea in amplissimum quoque ordinem peruenisse. Mox tribu-
 num quoque plebi ac deinde praetorem creatum atque in eo
 tempore iudicatum esse a senatu hostem cum M. Antonio; post
 uero coniunctis partibus non pristinam tantum dignitatem 20
 reciperasse, sed pontificatum ac deinde consulatum quoque
 adeptum esse, eamque rem tam intoleranter tulisse populum
 Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis
 uicitasse, ut uulgo per uitas urbis uersiculi proscriberentur:

concurrite omnes augures, haruspices!

portentum inuisitatum conflatum est recens:

nam mulos qui fricabat, consul factus est.

§3 Vers. pop. 3 FLP, p. 196 FFL¹

1-2 prius—quoquam om. O¹N¹W¹ 3 num Ventidio reuera Basso cognomen fuerit in
 dubio est 5 Asculanos : (ale- fere YΦ 10 quae om. γ 13 gnauiter
 P. Daniél (u. ad 7. 10 cap.) : nauiter Y, sed in E. libera et inserta et erasa 19 parti-
 bus rec. : patribus YΦ 23-6 concurrite—factus est habet B¹ 25 inuisi-
 tatum Ianus Broukhusius ap. Biermannum 1759-73: i. 307-8, q. u. : inuisitatum
 YΦB¹ 26 mulos] mulas Q quod tuerur Haffter 1959: 92-4 fricabat] fabricabat
 O¹B¹Φ (bit Tr)

4 Eundem Bassum Suetonius Tranquillus praepositum esse a
 M. Antonio prouinciis orientalibus Parthosque in Syriam intro-
 rumpentis tribus ab eo proelüs fusos scribit eumque primum
 omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere
 5 sepultum esse.

Δ Historia de Ventidio Basso, ignobili homine, quem primum de Parthis trium-
 phasse memoriae traditum est.

E

1 Sicut alia uerba pleraque ignoratione et inscitia improbe
 dicentium quae non intellegant deflexa ac deprauata sunt a
 10 ratione recta et consuetudine, ita huius quoque uerbi quod
 est *profligo* significatio uersa et corrupta est. 2 Nam cum ab
 adfigendo et ad perniciem interitumque deducendo inclina-
 tum id tractumque sit semperque eo uerbo, qui diligenter
 locuti sunt, ita usi sint ut profligare dicerent profligere et de-
 15 perdere, profligatasque res quasi profictas et perditas appella-
 rent, nunc audio aedificia et templa et alia fere multa, quae
 prope absoluta adfectaque sunt, in profligato esse dici ipsaque
 esse iam profligata. 3 Quapropter urbanissime respondiisse
 praetorem, non indoctum uirum, barunculo cuidam ex aduoca-
 20 torum turba Sulpicius Apollinaris in quadam epistula scriptum
 reliquit.

§4 Suet. fr. 210 Reiff., p. 283 Roth

E hinc hausit Non. 237 (160. 23-161. 3), qui tamen Cic. Tusc. 5. 15 obicit

2-3 introrumpentes QΦ 14 edicerent P¹Z profligere Ott 1874: 835 n. 12 :
 prodigere Y 15 profictas et] proficta (profligata Z) deperdita (sed Z) δ :
 profligatas et P¹O¹XN perditas] deperditas Ott 1874: 835 n. appellarint γ
 19 barunculo Heracius 1904: 1169 : baruasculo (barba-rec.) Y

4 Nam cum ille (inquit) rabula audaculus ita postulasset uerbaque ita fecisset: 'Omnia, uir clarissime, negotia de quibus de cognitum esse hodie dixisti diligentia et uelocitate tua profligata sunt; unum id solum relictum est, de quo rogo audias', tum praetor satis ridicule: 'An illa negotia, de quibus iam cognouisse me dicis, profligata sint, equidem nescio; hoc autem negotium quod in te incidit, procul dubio, siue id audiam siue non audiam, profligatum est.'

5 Quod significare autem uolunt qui profligatum dicunt, hi qui Latine locuti sunt non profligatum sed adfectum dixerunt, sicuti M. Cicero in oratione quam habuit de prouinciis consularibus. 6 Eius uerba haec sunt: 'Bellum adfectum uidemus et, uere ut dicam, paene confectum.' 7 Item infra: 'Nam ipse Caesar quid est quod in ea prouincia commemorari uelit, nisi ut ea quae per eum adfecta sunt perfecta rei publicae tradat?' 8 Idem Cicero in Oeconomico: 'Cum uero adfecta iam prope aestate uuas a sole mitescere tempus est.'

E Verbum *profligo* a plenisque dici inproprie insciteque.

6

F

1 In libro M. Tullii qui est secundus de gloria manifestus error est non magnae rei, quem errorem esse possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui tantum legerit *Ὁμήρου τὸ Η.* 2 Quamobrem non tam id mirabamur errasse in ea re M. Tullium, quam non esse animaduersum hoc postea correctumque uel ab ipso uel a Throne, liberto eius, diligentissimo homine et librorum patroni sui studiosissimo. 3 Ita enim scriptum in eo libro est:

§6 Prou. cons. 19 §7 ibid. 29 §8 fr. 24 Carbarino F §3 De gloria lib. 2 fr. 2 Carbarino/fr. 25 *FF.*⁴

F φ(TYHM), §3 etiam L

2 omnia(que) δ 6 quod] cur Cic. 13 ea om. Cic. 16 uuas a de Buxis : uasa Ψ : a Non. 19 non] nam F. 22 correptumque P^{er}Y Δ 1 Δ × FT

522

Apud eundem poetam Ajax cum Hectore congregiens depugnandi causa agit ut sepeliatur, si sit forte uictus, declaratque se uelle ut suum tumulum multum etiam post saeculis praetereuntes sic loquantur:

1 hic situs est uitae iampridem lumina linquens,
qui quondam Hectoreo percussus concidit ense.
Fabitur haec aliquis, mea semper gloria uiuet.

4 Huius autem sententiae uersus, quos Cicero in linguam Latinam uertit, non Ajax apud Homerum dicit, neque Ajax agit ut sepeliatur, sed Hector dicit, et Hector de sepultura agit priusquam sciat an Ajax secum depugnandi causa congressurus sit.

F In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum erratum in ea parte in qua scriptum est super Hectore et Aiace.

Z

7

1 Obseruatum in multa hominum memoria expertumque est senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium uitae annum cum periculo et clade aliqua uenire aut corporis (laboris) morbiue gratuitioris aut uitae interitus aut animi aegritudinis. 2 Properea, qui rerum uerborumque istiusmodi studio tenentur, eum aetatis annum appellant *καλυμακτηρικόν*.

20 3 Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum epistularum Diui Augusti quas ad Gaium nepotem suum scripsit legeremus, duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici, id ipsum in quadam

§4, H 89-91 Z §1 cf. Firmic. Matern. Math. 4. 20. 3 §3 Epp. fr. 22 Malc. =

73 Cugusi

Z φ(TYHM)

1-10 Δ 1 Δ × F passim 2 forte] morte L 5 percussus Pithoeus 1590: 482
8 latinam linguam uertit O: latinam uertit linguam φ 16 addidit coll. Iemmata: morbi(que) Maadwig 1873: 605

523

epistula super eodem anno scriptum offendimus; eiusque epistulae exemplum hoc est:

VIII Kal. Octobris

Aue, mi Gai, meus asellus iucundissimus, quem semper medius fidius desidero cum a me abes. Set praecipue diebus talibus qualis est hodie, nus oculi mei requirunt meum Gaium, quem, ubicumque hoc die fuisti, spero laetum et bene ualentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. Nam, ut uides, *κλιμακτήρα* communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum euasimus. Deos autem oro ut mihi quantumcumque superest temporis, id saluis nobis traducere liceat in statu rei publicae felicissimo *ἀνδραγαθούτων ἡμῶν καὶ διαδεχομένων* stationem meam.

Z. Observatum esse in senibus quod annum fere aetatis tertium et sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque inibi super eadem observatione exemplum adpositum epistolae Diui Augusti ad Gaium filium.

8

H

1. Cum legeremus orationem ueterem (M.) Fauonii, non inderti uiri, qua oratione (****) totum, ut meminisse possemus odio esse hercle istiusmodi sumptus atque uictus, perdidicimus.
2. Verba haec quae adposuimus Fauonii sunt:

H §2 Malc. p. 204

H Φ(TYM)

4. asellus] passerculus Heraeus : ocellus Beroaldus : sed u. Fraerke! 1957b: 19 n. 6
5. abes seij abesset δ : abes et Q^r : abest et Φ 10. mihi om. δ nobis Xδγ : uobis FOTN^r 16. addidi 17. (etiam 18) Fauonii tacite Viridungus 1617: 137 : Fauorini γ^a 18. lacuna in hac ferme sententiam supplenda (usus est cum legem Liciniam de sumptu minuendo suaderet, cenarum et luxuriae opprobriationem insignem offendimus) totum] locum H. J. Müller 1881: 40 : (quam orationem) totam de Buxis

524

Praefecti popinae atque luxuriae negant cenam lautam esse, nisi cum lubentissime edis, tum auferatur et alia esca melior atque amplior succenturietur. Is nunc flos cenae habetur inter istos, quibus sumptus et fastidium pro facietis procedit, qui negant ullam aem praeter ficedulam totam comesse oportere; ceterarum auium atque altilium nisi tantum adponatur ut a cluniculis (inferiore parte) saturi fiant, conuiuium putant inopia sordere, superiorem partem (auium atque altilium) qui edunt, eos palatum (non) habere. Si proportione pergit luxuria crescere, quid relinquitur, nisi uti delibari sibi cenas iubeant, ne edendo deficiant, quando stratus (lectus) auro argento purpura amplior aliquot hominibus quam dis immortalibus adornatur?

H Locus ex oratione (M.) Fauonii, ueteris oratoris, de cenarum atque luxuriae opprobriatione, qua usus est cum legem Liciniam de sumptu minuendo suasisit.

⊙

9

1. Vere ac diserte Caecilius hoc in Subditio scripsit:

15 nam hi sunt inimici pessumi, fronte hilario, corde tristi, quos neque ut adprendas neque ut dimittas scias. 80

2. Hos ego uersus, cum de quodam istiusmodi homine sermones essent, in circulo forte iuuenum eruditiorum dixi. 3. Tum de grammaticorum uolgo quispiam nobiscum ibi adstrens non sane ignobilis 'quanta' inquit 'licentia audaciae Caecilius hic fuit, cum fronte hilario, non fronte hilario dixit et tam inmanem solocisimum nihil ueritus est.'

4. 'Immo' inquam 'potius nos et quam audaces et quam licentes sumus, qui frontem inprobe indoctaque non uirili genere

§1. uu. 79-80 R.

⊙ Φ(TYM); Non. 301 (204. 33-205. 2)

- 7-8. utriusque del. Darmsté 1914: 92 8. edunt X^rQ. (non) de Buxis habere hucusque Φ 9. delibari Q^r. Beroaldus : delibari δ : delibari Fy 10. (lectus) p^r. Skutsch* 16. adprehendas γ, corr. Carrio uti dimittas Sprengel 1829: 28 : ut dimittas Δ : ut mitas γ : ut uitare aut uitare codd. Noni 19. assistens ibi Φ

525

dicimus, cum et ratio proportionis, quae analogia appellatur, et ueterum auctoritates non *hanc*, sed *hunc frontem* debere dici suadeant. 5 Quippe M. Cato in quinto Originum ita scripsit: "Postridie signis conlatis, aequo fronte, peditatu, equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnavit." Recto quoque *fronte* idem Cato in libro eodem dicit.

6 At ille semidoctus grammaticus 'missas' inquit 'auctoritates facias, quas quidem ut habeas posse fieri puro, sed rationem dic, quam non habes.' 7 Atque ego his eius uerbis, ut tum ferebat aetas, inritator, 'audi,' inquam, 'mi magister, rationem falsam quidem, sed quam redarguere falsam esse tu non queas. 8 Omnia' inquam 'uocabula tribus litteris finita quibus *frons* finitur generis masculini sunt, si in genetiuo quoque casu eadem syllaba finiantur ut *mons*, (*frons*), *pons*, *frons*.' 9 At ille contra renidens 'audi,' inquit, 'discipule, plura alia consimilia quae non sint generis masculini.'

10 Petebant ibi omnes, ut uel unum statim diceret. Sed cum homo uultum intorqueret et non hisceret et colores mutaret, tum ego intercessi, et 'uade' inquam 'nunc et habeto ad requirendum triginta dies; postquam inueneris, repetes nos.' 20 11 Atque ita hominem nulli rei ad indagandum uocabulum quo rescinderet finitionem fictam dimisimus.

⊙ Quod Caecilius poeta *frontem* genere uirili non poetice, sed cum probatione et cum analogia appellauit.

§5 *FRHist* 5 P95-6 = 114-15 CSbC

2 auctoritas γ 3 quinto] quinta ON; primo δ 4 equitibus *del. Hertz* 1853
5 aliis δ pugnauius δ 8 facies δ 11 falsam] *nam sponis generis*
feminini est; uide Hoffmā-Streuens 1984: 151 14 *add. Wilhelmus, Gronovius* 1651
frons] fons *Proust, Marshall*, sed sensus est 'ergo etiam frons' 20 triginta dies] *tamquam aeris confessi iudicatio* (15. 33. 11, 20. 1. 24)

1 Plutarchus in librorum quos *περὶ ψυχῆς* inscripsit primo, cum de morbis dissereret in animos hominum incidentibus, uirgines dixit Milesii nominis fere quot tum in ea ciuitate erant repente sine ulla euidenti causa uoluntatem cepisse obeundae mortis ac deinde plurimas uitam suspendio amisisse. 2 Id cum accideret in dies crebrius neque animis earum mori peruerantium medicina adhiberi quiret, decreuisse Milesios ut uirgines quae corporibus suspensis demortuae forent, ut haec omnes nudae cum eodem laqueo qui essent praeuinctae efferrentur. Post id decretum uirgines uoluntariam mortem non petisse pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

1 De uoluntario et admirando interitu uirginum Milesiarum.

1 C. Fannio Strabone M. Valerio Messala *co. s. senatusconsultum* de philosophis et de rhetoribus (Latinis) factum est:

15 M. Pomponius praetor senatum consuluit. Quod uerba facta sunt de philosophis et de rhetoribus, de ea re ita censuerunt ut M. Pomponius praetor animaduerteret, curaretque uti ei e re publica fideque sua uideretur, uti Romae ne essent.

1 §1 *Mar. fr.* 175 Sandbach, cf. *Mul. Virt.* 249 B-D IA §2 *FRA*² pp. 305-6

1 φ(Υ)ΘΜ

3 uirginem δ 7 quiret γ : cui rei Fφ : cui res Z : quiuisset Q
14 *del. Heyne* 1785-1812: *It.* 425 n. d. : *susp. iam Pighius* 1615-19: *It.* 410, *qui de iniquissimis cogitauit*

2 Aliquot deinde annis post id senatusconsultum Cn. Domitius Ahenobarbus et L. Licinius Crassus censores de coercendis rhetoribus Latinis ita edixerunt:

Renuntiarum est nobis esse homines qui nouum genus disciplinae instituerunt, ad quos iuuentus in ludum conueniat; eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras; ibi homines adulescentulos dies totos desiderare. Maiores nostri quae liberos suos discere et quos in ludos itare uellent instituerunt. Haec noua, quae praeter consuetudinem ac morem maiorum fiunt, neque placent neque recta uidentur. Quapropter et his qui eos ludos habent, et his qui eo uenire conserunt, uisum est faciendum ut ostenderemus nostram sententiam: nobis non placere.

3 Neque illis solum temporibus nimis rudibus necdum Graeca disciplina expolitis philosophi ex urbe Roma pulsi sunt, 4 uerum etiam Domitiano imperante senatusconsulto eieci atque urbe et Italia interdicti sunt. 5 Qua tempestate Epictetus quoque philosophus propter id senatusconsultum Nicopolim Roma decessit.

IA Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis; item uerba edicti censorum quo improbat et coerciti sunt qui disciplinam rhetoricam instituire et exercere Romae coeperant.

12

IB

1 C. Gracchus, cum ex Sardinia rediit, orationem ad populum in contione habuit. 2 Ea uerba haec sunt: 'Versatus sum' inquit 'in provincia quomodo ex usu uestro existimabam esse, non quomodo ambitioni meae conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie stabant, sed in conuiuio liberi uestri modestius erant quam apud principia.'

IB Φ(TYHM)

3 edixerint $\pi\epsilon$: dixerunt $\pi\Omega$ 7 desire δ 8 instituerunt etiam Suetonius Rhet. 25. 2, sed instituerint quin in edicto sistenti haud dubito 10 his² ψ : iis Sueton.: is censoribus restituit Griffl 1998 11 usum est ψ : uidetur cod. Sueton., quod censoribus uindicat Griffl 1998: 195 n. 1 14 (et) ex δ 23 contionem π - δ 26 sed] et δ

528

3 Post deinde haec dicit:

Ita uersatus sum in prouincia uti nemo posset uere dicere assem aut eo plus in muneribus me accepisse aut mea opera quemquam sumptum fecisse. Biennium fui in prouincia; si ulla meretrix domum meam introiuit aut cuiusquam seruulus propter me sollicitus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimatoe. Cum a seruis eorum tam caste habuerim, inde poteritis considerare quomodo me putetis cum liberis uestris uixisse.

4 Atque ibi ex intervallo 'Itaque', inquit 'Quirites, cum Romam profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes rettuli; alii uini amphoras quas plenas tulerunt, eas argento repletas domum reportauerunt.'

IB Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia sua memoratissimus.

II

13

1 Vitor et uereor et hortor et consolor communia uerba sunt ac dici utroqueuersus possunt: uereor te et uereor abs te, id est tu me uereri; utor te et utor abs te, id est tu me uteri; hortor te et hortor abs te, id est tu me hortari; consolor te et consolor abs te, id est tu me consolari; testor quoque et interpretor significatione reciproca dicuntur. 2 Sunt autem uerba haec omnia ex altera parte inusitata, et an dicta sint in eam quoque partem quaeri solet.

3 Afranius in Consobrinis:

IB §3 ff. 27 Malc.

§4 ff. 28 Malc.

II §3 uu. 33-4 R. = 35-6 Daviault

4 biennium] $\tau\omega\epsilon\rho\acute{\iota}\alpha\nu$ Plut. Ti. C. Gracch. 23 (2). 9 haud minus recte 5 sollicitatus Q: sollicitus $\Phi\zeta\Phi$ 5-6 omnium nationum] subaudi hominem (cf. Ascensium 1519; fol. 80^v); u. K.-St. -Th. i. 33-4. §11 6 postremissimum] u. Ott 1875: 789-90 n. 1 (me) nequissimumque H. J. Müller 1881: 40. fort. recte 12 repletas] plenas γ 16 est—uteris de Buxis: factum ψ 21 consolobrinis FOXN

529

em isto parentum est uita uilis liberis,
ubi malant metui quam uereri se ab suis.

Hic *uereri* ex ea parte dictum est quae est non usitator. 4 Nouis
in Lignaria uerbum quod est *uitur* ex contraria parte dicit:

quia supellex multa quae non uitur emittitur tamen,

id est quae usui non est. 5 M. Cato in quinta origine 'exercitum'
inquit 'suum pransum paratum cohortatum eduxit foras
atque instruxit'. 6 *Consolor* quoque in partem alteram praeter-
quam dici solitum est, scriptum inuenimus in epistula
Q. Metelli, quam, cum in exilio esset, ad Cn. et ad L. Domitios
dedit. 'At cum animum' inquit 'uestrum erga me uideo, uehe-
menter consolor, et fides uirtusque uestra mihi ante oculos
uersatur.'

7 *Testata* itidem et *interpretata* eadem ratione dixit M. Tullius
in primo libro de diuinatione, ut *testor interpretor*que uerba
communia uideri debeant. 8 Sallustius quoque eodem modo
'dilatigitis proscriptorum bonis' dicit, tamquam uerbum *lar-*
gior sit ex uerbis communibus. 9 *Veritum* autem, sicut *uiditum*
et *pigitum*, non personaliter per infinitum modum dictum
esse non a uetustioribus tantum uidemus, sed a M. quoque
Tullio in secundo de finibus: 'Primum' inquit 'Aristippi
Cyrenaicorumque omnium, quos non est ueritum in ea uolup-
tate quae maxima dulcedine sensum moueret summum bonum
ponere.'

\$4 fr. 43 R. \$5 ERHist F97 = 112 CSBC \$6 fr. 1a Cugusi \$7 Diu. 1.
87. 53 \$8 Hist. 1 fr. 49 Maur. = 46 La Penna \$9 Fin. 2. 39 fr. 195
Mannebach

1 em Ribbeck : hem Ψ isto i.e. ista conditione (TLL vi/2. 512. 79-80)
uita uilis *Lipsius* 1569: 70-1 : uitabilis Ψ 3 quae Seb. Gryphus 1537 : qua
 Ψ 4 Lignaria *Lambrecht* 1647: 73-4 : lignatarch(h) Ψ -O π N π : ligno tarca
X : lincinaria Ψ Ψ Ψ : ligat archiam (archa iam Z) in lignariam δ : uitur locus
Jacobshofmann 9 scriptum inuenimus om. γ 10 cum] -quam δ
14 interpretatum Ck.

10 *Dignor* quoque et *ueneror* et *confiteor* et *testor* habita sunt in
uerbis communibus. Sic illa in Vergilio dicta sunt:

conitugio Anchisa Veneris dignate superbo,

et

cursusque dabit uenerata secundos.

11 *Confessi* autem *aeris*, de quo facta confessio est, in XII tabulis
scriptum est his uerbis: 'Aeris confessi rebusque (iure) iudicatis
XXX dies iusti sunt.' Item ex isdem tabulis id quoque est: 'Qui
se sierit testatier libripensue fuerit, ni testimonium fariatur',
10 inprobus intestabilisque esto.'

12 De uerbis inopinatis, quae utroqueuersum dicuntur et a grammaticis
communia uocantur.

IA

14

1 Apud Q. Metellum Numidicum in libro accusationis in
Valerium Messalam tertio noue dictum esse adnotauimus.
2 Verba ex oratione eius haec sunt: 'Cum sese sciret in tantum
crimen uenisse atque socios ad senatum questum flentes uenisse,
sese pecunias maximas exactos esse.' 3 'Sese pecunias' inquit
'(maximas) exactos esse' pro eo quod est *pecunias a se esse maxi-*
mas exactas. 4 Id nobis uidebatur Graeca figura dictum; Graeci
20 enim dicunt *είσεπραξατό με άργύριον*, id significat *exegit me pecu-*
niam. Quod si id dici potest, etiam exactus esse aliqui pecuniam

\$10 Aen. 3. 475. 460 §11 XII Tabb. VIII 11(a) 1A \$2 fr. 8 Malc.

5 dabis Ψ 6 est om. δ 7 ex 20. 1. 45 additum uoluit Hertz 1885 in app.
crit., addidit 1886* 9 testatier passus accepit Gellius* ni ψ : in s' fariatur ψ :
feriatur uel feratur Ψ s: fateatur uel (s t) inflicietur (sic) *Hofmannus* 1564: 137: ferat
Turnebus 1564-73: fr. 20* (adu. 13. 26): an fabitur? 17-18 maximas—esse! om.
Z: —17 pecunias om. Q. sese—est om. F 18 add. Carro a se om. Q: esse!
om. Fy 21 aliquis Ψ -Q: aliquid X

dici potest. 5 Caecilius (quo)que eadem figura in Hypobolimaeo Aeschino usus uidetur.

ego illud minus nihilo exigor portorium,
id est 'nihilominus exigitur de me portorium'.

1A Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex (orationibus) Graecis mutuatus est.

15

IE

1. Ab eo quod est pando *passum* veteres dixerunt, non *passum*, et cum ex praepositione *expassum*, non *expansum*. 2 Caecilius in Synaristosis:

heri vero prospexisse eum se ex tegulis, 197 10
haec nuntiasset et flammeum expassum domi.

3 Capillo quoque esse mulier passo dicitur quasi porrecto et expanso, et *passis manibus* et *uelis passis* dicimus, quod significat diductis atque distentis. 4 Itaque Plautus in Milite Glorioso A littera in E mutata per compositi uocabuli morem *dispassis* dicit pro eo quod est *dispassis*:

credo ego istoc exemplo tibi esse eundum extra portam,
dispassis manibus patibulum cum habebis. 360

IE *Passis uelis* et *passis manibus* dixisse ueteres non a uerbo suo, quod est *patior*, sed ab alieno, quod est *pando*. 20

§5 U. 92 R. IE §2 uu. 197-8 R. 84 Mil. 359-60

1A Non. 152 (106. 21-2) IE §2 Non. 589 (370. 16-18)

1 (quo)que scripsi 3 nihil Xκ 4 exigitur om. δ 10-11 eum se...
haec] eumpse... et Bergk 1870b: 833-4 = 1884-6: i. 395, sed cum quid agatur nesciamus,
et ab interpretandis et ab emendandis uersibus temperandum est 11 nuntiasset et de
Buxis: nuntiasset. Ψ (nuntiasset c¹) domini Q*Z 14 deductis δ 16 eo
om. P*δ 18 pereundum cod. A Plauti: eundum actutum si extra portam est
cod. P Plauti

532

IF

16

1 Milo Crotonensis, athleta illustris, quem in chronicis scriptum est Olympiade prima coronatum esse, exitum habuit e uita miserandum et mirandum. 2 Cum iam natu grandis artem athleticam desisset iteque faceret forte solus in locis Italiae siluestribus, quercum uidit proxime uiam patulis in parte media rimis hiantem. 3 Tum experiri, credo, etiam tunc uolens, an ullae sibi reliquae uires adessent, inmissis in caernas arboris digitis diducere et rescindere quercum conatus est. Ac mediam quidem {partem} discidit diuelli que; 4 quercus autem in duas diducta partis, cum ille quasi perfecto, quod erat conixus, manus laxasset, cessante ui rediit in naturam manibusque eius retentis inclusisque stricta denuo et cohaesa dila- cerandum hominem feris praebuit.

IF De nouo genere interitus Crotonensis Milonis.

IZ

17

15 1 Alcibiades Atheniensis, cum apud auunculum Periclen puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur et arcessi Pericles Antigendam tibi cinem iussisset ut eum canere tibi, quod honestissimum tum uidebatur, doceret, traditas sibi tibias cum ad os adhibuisset inflassetque, pudefactus oris deformitate

IF §1 Nepos FRIH: 45 F9 = fr. 6 Marshall

IF φ(TYHM), φ(L, Malmes. 68. 23-31) IZ φ(TYHM)

2 prima FOX/IN8ΦL: om. κ: (et centesima) Malmes.: L. Salmastius 1629: i. 38A-B: LXII primum Lubbart 1886: pp. xxii. [xxviii], quod ut scribere sane Gellius debet, ita ueror ut scripserit e δφ: om. P, γφ 6 rimis Rantichius 1597: 14-15: ramis Ψφφ 7 inmissis om. φ cauernis δβ 8 diducere] reducere δ 9 del. Rantichius 1597: 15 12 et cohaesa] et obesa L: ad φ: om. Malmes. 17 iussisset tibi cinem φ

533